

Roseti memoriale diuinorum eloquiorum Petri de Rosen-
haim [illegible] Moralis / Dialogi Gregorii Pape /

Expositio Misse Metrica.

Iesuida Hieronymi de Vallibus.

Aegidij de Hossia confessionale

Homiletica Mercati O. Pr. etc de fine mundi

Tractatus de arte et vero modo predicandi.

Varia ut in indice

Inc. 331

Expositio misterio₊ misse cristi passionē deuotissime figurantiū: metrice atq₃ prosa ẏce posita. Et verus modus rite celebrādi cunctis celebrātibus et missam fructuose audire cupientibus perq̄ vtilis.

Operioribus diebus. C. F. maximis votis atz de
siderijs scire preoptastis quid nam tot sacre misse
signa. quid tanta et profunda ceremonialia. quid
deniqz varius sacrarum vestium ornatus circa
eandē obseruatus sibi velit quo paucis vtar ver-
bis sequētia perlegite. relegēdo Jtaqz si horum in
telligentiā obseruaueritis ea ocius cōsequimini que iampridē stu
dioso anio noscere rogastis. Nam cū sacre misse offitiū hoc ipm
apertissime constare videamus per cuius gesta. signa atqz sacras
vestes que cerimonialiter apud ipm obseruant̄ tota xpi vita fru-
ctuosa ei⁹ operatio atqz passio amarissima notat̄. figurat̄. exprimi
tur atz deuote primat̄. benefaciētes. p̄cipue q̄ inter vos sacerdo-
tali fungant̄ offitio vel fungi pre se ferūt si omnē curā. cogitatio-
nē. diligentiā lebēter exposueritis. quo singula circa ipm rite ob
seruāda notent̄ intelligātur atqz eo pacto obseruentur. Turpe est
causas tractādi ius in quo versatur ignorare. Cum eīn tāti miste
ria offitij sedulius perscrutētur tantorū misteriorū gesta agnoscē
tur ⁊ rationes sacrarū vestiū aliorūqz cerimonialiū obseruatiōes
fida inuestigatiōe habet̄. Non ē homo cuius anim⁹ lacrimosa de
uotio tociusqz desiderij affectus in deū et xp̄m eius nō rapiatur.
Turpes pfecto sunt homīes isti omniqz derisione digni qui sese
his et diuīs et altissimis p̄sumāt immiscere officijs penitus igno
rādo quid sibi volūt ista vtiqz huiusmodi indocti tales videlicet
qui sunt sicut equ⁹ ⁊ mulus in quib⁹ nō est intellectus ex singulis
rōnabilit̄ veniūt deridēdi veluti mōstrū natureqz pdigiū maib⁹
digitis ceterisqz indicijs pudēter demonstrādi qui poci⁹ folia ha
bere pcurant q̄ arboris suauissimos fruct⁹ qui rerū signa faciunt
⁊ operātur earundē vero significata scire mīme aduertunt. Si si-
mea mores hominū gestaqz aniaduertēdo quorz causas rōnesqz
penitus ignorat opari persicere conat̄ risum facit cūctisqz aspici
entib⁹ vt sic in spectaculū ponit̄. Quis iniuste hos simeales homi
nes abhomīatur qui rationē habētes et sacerdotale ad offitiū mā
cipati causas tanti offitij tantorūqz signorū rōnabiliter instituto
rū penitus ignorāt de quorū ignorātia vel in nouissimo die ratio-
nem reddituri sunt vt inqt wilhelmus cluniacēsis. Cui tandē mi-
rum esse videtur si nō modo sacerdotes dei altissimi quorū inter-
est hoc sacrificiū laudis oblationē deo acceptā ymmo et gratissi-
mā in hoc offitio offerre. verūetiā adolescētes iuuenes siue adulti
ad hanc dignitatē pueniēdi pre se ferētes ad audiendū ⁊ intelligē
dum ea festine occurrere p̄sumāt vbi tota salus nostra cognoscit̄

animus intelligētis in dei amorē rapit et qd amore degustat totū homis desideriū atqꝫ intelligentiā in se ꝯuertere cōprobat. Sub hoc enī panis edulio sumpto oīa et intellectū illuminātia ꝛ affectū inflāmantia simul assumunt. Si legim⁹ in veteribus histoꝛijs (diuo hieronimo referēte) quosdā lustrasse ꝓuītias nouos adisse populos maria trāsijsse vt eos qͦs ex libris nouerāt corā qꝫ viderent. Sic Pitagoꝛas mēphiticos vates sic Plato egiptū ꝛ architam tarētinū eamqꝫ orā ytalie que quondā magna grecia dicebatur laboriosissime pagrauit non alia ex causa nisi vt aliena et curiosa absqꝫ salutis ꝓfectu addisceret. Cū ille diuus hieronim⁹ inter doctissimos haberet qui nō modo et gētili et hūana sciētia preditus verūetiā diuinis doctrinis ꝓfundissime instructus crebro tñ suis in dictis hūc sermonē sibi vsurpari solebat habet nescio quid latētis energie viue vocis actus et in aures discipuli de autoris ore trāsfusa forcius sonat. Qꝫ si xpi passio vita totaqꝫ eius actio que ꝫm. b. Gregoriū est nr̄a instructio ex misterioꝛuꝫ signoꝛūqꝫ sacre misse notitia siue cognitio apertissime habeat quēadmodū ex sequētibus clari⁹ patebit. Quis nō omnē conatū diligentiā sollicitudinēqꝫ vt iterū atꝫ iterū loquar ad audiēdū ea que sequūtur impendere velit cū etiā sapiētissimoꝛū hominū exemplis et dictis et alias q̄plurimis rōnibus demōstrauerim fore multū vtile intellectū perfici illuminariqꝫ sciēcijs siue doctrinis vel nō ita necessarijs ꝓfecto insistendū esse maxie hoc sacratissimo tpe his diuinis cōtemplatiōib⁹ sacrifitie laudis ꝛ iustitie nemini vr̄m iam dubiū esse arbitror. Proficite religiose.

¶ Expositio prefatorum.

Sacrificate sacrifitiū iustitie et sperate in domino. psalmo quarto. Sacratissima missa que ꝓprie eucharistie siue hostie cōsecratio. et sacrifitiū iustitie dicit cuius ꝯsecrate hostie ꝛ trāssubstāciate missio siue legatio sola sufficiēs est ed soluendū omēs inimicicias et offensiones inter deū ꝛ hominē per peccata cōtractas Cui hoc nomē missa digne imponit quasi transmissa nobis quidē per incarnationē et a nobis deo patri per oblationē transmittitur enī a patre vt sit nobiscū postea a nobis patri transmittit vt apd ipsum pro nobis intercedat. Per eaꝫ deniqꝫ tota nostra salus aperitur cōfertur atqꝫ compreh̄ēditur. Vt nisi ex altissimis hec oblatio sancta et immaculata nobis collata fuisset ad futuram patriaꝫ

spem veniendi nullatenus habuissemus. Hec enī misse oblatio ꝛ sancta et immaculata cū venisset plenitudo tēporis nobis a patre est transmissa. facta ex muliere. facta sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret Hoc est vnigenitus dei filius illa vera hostia patri obediens sua sponte venit in similitudinem carnis peccati vt nos omēs saluaret. Itaq̧ in carne cū hominibus cōuersatus docēdo. predicando. tandem morte turpissima ex eis cōdempnatꝰ est que omīa et singula in hoc sacratissimo missabili offitio per signa gesta ibidem obseruata deuota mēte pertractātur. Quare hoc ipsum presens opus nō immerito in duas distinguit partes In quarum prima de christi aduentu ꝛ vita agitur. In secūda vero amarissima eius passio ꝑ multa signa sacre misse siue inditia aperte declaratur premittendo non minus preparatorij misse atq̧ sacrarū vestiū misticam representationē. In fine tamē post pax domini de eiusdem resurrectione subiungēdo et sic tota missa christi vite et mortis est representatiua. Primo enī ad sacramentū altaris tractandū sacerdos accessurus deponit exteriorē vestem cogitans ꝙ christus seipsum oblaturus. surrexit a cena et deposuit vestimenta sua. Johan. xiij. Et significat ꝙ sacerdos celebraturꝰ debʒ a se abicere omīa exteriora quibus oneratur. scʒ prauas affectiōes ex humana necessitate exurgentes vt sicut sponsa christi dicat. Expoliaui me tunica mea quomō induar illa. Et vt hoc facere valeat rogat deū dicens. Exue domine veterē hominē ꝛc̄. Secūdo lauat manus cogitans ꝙ hiesus depositis vestimētis cepit lauare pedes discipulorū rogando eum vt etiā suos dignetur lauare pedes lutosos. id est affectus vt dicere valeat cū sponsa mūda Laui pedes meos quomodo iterū inqninabo illos Canticorū. v. Et ergo lauādo manus. id est opera immūda. et pedes. i. affectus debet cōteri interius per cordis ꝯpunctionē et dicere Lauabo inter innocentes manus meas ꝛc̄. Tertio accedit ad gradus altaris deposita veste nudo capite oret super gradus altaris tribus vicibꝰ dominicam orationē vel illam Ante conspectū diuine maiestatis tue cū magno timore et tremore ex humilitate Cogitās ꝙ hiesus cepit pauere et tristari dicēs Luce. xxij. Tristis est anīa mea vsq̧ ad mortem et procidit in faciē suam orando nudo capite tribꝰ vicibus et apparuit ei angelus confortās eum et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Sic similiter tribus vicibus sacerdos rogare debet vt etiā mittat sibi angelū qui confortat eum ad hoc sacrifitiū peragendū. De cuius oratione Hieronimus poetarū optimus ita loquitur.

Hic quoqꝫ de veteri ſinuate poplite more

Orabat magnoqꝫ dabat ſacra verba parenti

¶ Quarto accedit ad altare. Cogitans ꝙ hieſus proceſſit obuiis iudeis dicens. Quē queritis ⁊c. oſculans altare ſignificans ꝙ iudas oſculo tradidit hieſum. Et induit ſe ſuper humerale cū funiculis ſtringēs ſe circa collum et per mediū corporis. Cogitās ꝙ chriſtum hieſum captū iudei ligauerūt cordis ſic per mediū corporis et circa collū et cooperauerūt in nocte in domo cayphe faciez eius percucientes eum dicebāt. Prophetiſa quis eſt qui te ꝑcuſſit. Mathei. xxvi. De quibus ita loquitur idem poeta.

Ecce armis inſtructa acies rabidiqꝫ manipli

Inde ſuperueniūt medio tradente quid inquam

Miles acerbe furis venit quo victima fiet

Sponte ſua innocuus mediis quoqꝫ ſtabit in aris

Agnus et expoſita cupiet ceruice necari

At ſubitos vidit longis cum fuſtibus hoſtes

In ſe ferre gradum hieſus vltro acceſſit et inquit

Quem tanto armorū concurſu queritis: illi

Reſpondere hieſum iudea nazareth ortum

Ac hieſus ipſe coram dixit quē queritis aſſum

Tunc malaſana cohors iuda impulſore ſupini

In terrā exangues tanta cecidere loquela

Qua celum terraqꝫ tremit rurſuſqꝫ rogauit

Quem petitis? dixere hiesum quibus ipse ita fatur

Meme: assum quid meme sevis ne poscite vinclis

Ipse comes veniam tamen hos cōcedite abire

Dixerat: ex templo dextras in pectore diras

Certatim iniiciunt colloqꝫ miserrima turba

Imponunt funē vinctumqꝫ in menia ducūt

¶ Quinto induit se albam. Cogitans hiesum indutū vestem al-
bam derisoriam ab herode et tanq̄ fatuum ab eo et a suis derisum
et sic in alba veste ad pilatum remissum. Luce. xxiij. Et significat
q̄ sacerdos debet esse mundus tanq̄ de baptismo denuo dealba-
tus consurgens. De qua derisione poeta.

Traditur innocuus postq̄ hiesus ipse pilato

Mittitur herodi q̄ galileus erat

Illudit densata cohors hic vndiqꝫ vincto

Sacrilegas sentit sepius ipse manus

Herodes vbi nequicq̄ se querere sensit

Multa: hiesum retrahi precepit inde virum

Ne tamen a se se illusas rediisse putetur

Candenti palla membra sacrata tegit

Presbiterum hac voluit pius agnus veste notari

Integram vitam pectora casta simul

Ingenti strepitu cum hiesum ad tecta pilati
Gens malesana trahit co͂uolat omnis homo

¶ Sexto succingit ha͂c albam qua͂ indutus est zona siue succinctorio circa lumbos. Cogita͂s hiesum ad columna͂ ligatu͂ et flagellis flagellatu͂. Job. xix. Et significat q͂ reru͂ incentiua ⁊ luxurie libidines in eo restringe͂da sunt. Erunt en͂i lumbi eius precincti instar filioru͂ israhel qui co͂mesturi agnu͂ paschale͂ erant succincti et calciati pedibus quasi parati ad tra͂seundu͂ de hoc mu͂do. Sic en͂i ad mensam dei incedendu͂ est. De qua ligatione poeta.

Talia conspicientes et vulgi corda pilatus
Fune hiesum vinctum senis iubet ergo flagellis

¶ Septimo induit manipulu͂ in sinistro brachio. Cogita͂s q͂ hiesus funiculu͂ quo fuit ligatus in flagellatione portabat in brachio sinistro cu͂ dederunt huic coronato arundine͂ in dextra.

Iamq3 solutus vbi est cesusq3 ad vota pilati
In dextram sceptrum vilis arundo datur
At tua leua manus celsi moderator olimpi
Gessit adhuc funem quo religatus eras
Scilicet vt manipulum velles hoc fune notari
Presbiterum acturus qui tua sacra foret

¶ Octauo induet stola͂ crucem signante͂ quia sicut sacerdos stolam in scapulis portat ita christus cruce͂ ad monte͂ Caluarie baiulauit. Susceperu͂t aute͂ hiesum et eduxeru͂t eum et baiulans sibi cruce͂ exiuit in eu͂ qui dicit͂ Caluarie locu͂. De quo poeta.

Conspiciens populi clamantis corda pilatus
Vincitur, inq3 manus agnum et seua ora luporu͂

Tradidit: ecce ruunt alacres adq; ethera voces

Tollunt sacrilegas qualis leo gaudet in oris

Armeniis ceruam rapuit si quando pauentem

¶ Nono induit casulam et cogitans q milites pilati ipsum deri dentes tanq̄ volentem regnare purpuream vestem induerunt. Johan. xix. De qua Hieronimus.

Atq; illudentes palle candentis amictu

Purpureo mitem circundant protinus agnum

Atq; ipsum risu probabant inclite salue

Rex iudeorum tunduntq; sacra ora pugillis

¶ Decimo sacerdos portat in capite coronā. que significat coronam spineam in capite christi existentē. De qua Hieronimus.

Contondi properant iudei moxq; coronam

Sentibus implicitam plectentes sanguine multo

Heu singultanti capiti terramq; tuenti

Imponūt teloq; premūt hinc desuper omnes

¶ Itaq; sacerdos xp̄i armis armatus de altari vel vestiario ad populū gradiēs ad locū scz cōfessiōis ibiq; peccata sua deuote cōfitēdo et p se sibi cōmissis siue astātibus deū deuote orādo. Et cogitat xp̄m derisorie corona spinea coronatū sicq; foras ad populū iudeorū deductū et de variis excessib9 dirissime accusatū et finalit̄ vt sic ad mortē vsq; iniuste diiudicatus est. De quo poeta.

Poncius egreditur rursus turbamq; malignam

Talibus alloquitur nullam cognoscite causam

Inuenio: vobis duco hunc sine crimine iustum

Spinea serta gerens trahitur hiesus oraqꝫ terre
Inde fixa tenent palla circundatus alba
Utqꝫ hunc pontifices rabidi pariterqꝫ ministri
Conspexere ulla non sunt pietate reflexi
In cruce figi virum clamant iterantqꝫ loquelas
Poncius hec contra vos hunc tollite et inde
In cruce(causa in eo nulla est)vos figite dira
Judei clamant nostra hunc lex undiqꝫ damnat
Nanqꝫ deo natum populo se dixit in omni
Presidis ut talis sermo pervenit ad aures
Extimuit:rursusqꝫ subijt pretoria querens
Ista hiesum:que te regio produxit et unde
Es tu:nulla dedit hiesus illi verba roganti
Pretor ait quid tu inde taces mihi magna potestas
Ut cruce te figam servemqꝫ est tradita nunquid
Ignoras:tunc mitis ad hec ita reddidit agnus
Uim tibi ne quicquam de me fortuna dedisset
Arbitrium ni iam supera qui regnat in aula
Traderet:ac de me talis laxaret habenas

Hec dum cõmemorat hiesus ipse exinde pilatus
Querebat rabidi populi vt diueteret iras
Ne quicq̃ veluti vrgentes qui claudere riuos
Tentet et alterius cursum retinere putarit
Fluminis infesti cum multo cespite longis
Viminibus necnon saxis sudibusq̃ perustis
Confecit paruo mansurum tempore collem
Nam dum ligna petit serie contexere et amnem
Claudere rumpit opus et iam supereminet vnda
Non secus hec rectos monitus fera turba pilati
Dissipat: atq̃ omnes ipsas cõmittit in auras
Et super hec addit rabies iam cesaris omnis
Cedat amicicia: et seuam consurgat in iram
Hunc modo si saluas: nam cesaris inficit altum
Imperium regis quisq̃ sibi nomen adegit
Talibus impulsus preses feruente furore
Eduxit multo fedatũ sanguine christum
Est locus horrenda sublimis structus in aula
Quem licostratuz perhibent sed gabbata dicunt

Gens hebrea manet natus hic de more tribunal
Pretor vbi sese populi clamore locauit
Et sic ore dedit vestrum decernite regem
Rex hic vester adest: sed mox furor impius insit
Tolle reum iam tolle reum cruce dede necandum
Ergo tuum tristi preses fert tradier orco
Regem optas: cui pontifices dixere nephandi
Rex est cesar et hic solus dominatur in orbe
Nobis solus adest cesar: tunc rapta furore

Et tantum de his que precedunt offitium misse.

Nunc vero sequitur prima pars misse Sacerdos sacris vestibus indutus iamqz cōfessus ad altare accedit. significat q̄ christi expectatio gentiū de occulta habitatione egressus est in mundū vt se pro nobis in sacrifitiū et hostiā deo patri placabilē offerret atqz de secreta et sacra ede iugiter clausa videlicet de virginali vtero tanq̄ sponsus de thalamo ingressus est in mundū vt in ipso benedicerētur omēs gentes. Veniens sacerdos ad altare anteq̄ gradus altaris ascendat diuinū offitium aggrediēdo reuerēter inclinat breuē orationē porādo significans christi exinanitionē qua seipm inexinaniuit inclinādo celos et descendit in vterū virginis formā serui accipiēs vt sic nos exaltaret et glorificaret. Itaqz per huiusmodi orationē premissam captās beniuolentiā humiliter deū petit vt digne et laudabiliter hoc offitium inchoandū perficere queat. Facta oratiōe domica dicendo. Aue maria. post signū crucis altare osculatur christū crucifixum p altare signatū per quod significat q̄ christus per aduentū suū ad nos in carne sibi sanctā copulauit ecclesiā. Juxta illud epitalamicū Canticorū i. Osculet me osculo oris sui. In osculo siquidem os ori cōiungitur et in christo non solū humanitas vnita est deitati verūetiā sponsa ecclesia copulata est spōso christo. Juxta illud ꝓpheticū, Quasi spōsam decorauit me corona ⁊ quasi spōsaz

ornauit me monilibus suis. Et dum ymaginē crucifixi osculatur. Cogitet ꝙ osculatᷣ vulnus lateris ihesu et imprimit os suū in vulnus lateris eius et ipse dicet tibi. Vulnerasti cor meū soror mea. Facta osculatiōe se sacerdos erigēs signo sancte cru✝cis se signādo itaqꝫ cōtra insidias dyaboli sese muniens scuto fidei et memoria domice passionis sicut scriptū est ad Ephe. vi. In omibus sumētes scutū fidei in quo possitis omīa tela nequissimi ignis extinguere. Oratione cōpleta sacerdos se ad dexterā partē trāsfert per quod innuitᷣ ꝙ Emanuel in lege ꝓmissus prius venit ad iudeos ꝙ̄ ad gentes. Iudei enī tunc ꝓpter legē et ꝙ vnū verum deū colebāt in dextra parte fuerūt. gentiles vero in sinistra que ydola colebant. Ideo sacerdos pmo transit ad dextrā ad ostendendū ꝙ christus in mundū veniens venit ad filios israhel visitandū ẜm ꝙ dicitᷣ Math. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierūt ex filijs israhel de quibus et nasci voluit.

Otis sic peractis sequitur offitiū misse vnde tota vita christi ī hoc seculo quasi vna solennissima missa fuit. Et ergo tota missa vt dictū est. est repñsentatiua toci⁹ vite christi Vita p̄cedens passionē eius repñsentatᷣ vsqꝫ ad canonē scꝫ Te igitur ꝛc̄. Et ibidem cōsequēter repñsentatᷣ passio eius vsqꝫ q̄ dicitᷣ. Pax domini ꝛc̄. Incohoando diuinū offitiū misse sacerdos cōplicatis manibus et oculis erectis in celū introitū legere incipit rogando deū patrē misericordiarū pro incarnatiōe filij sui cū sanctis patribus in limbo existētibus qui cū multis suspirijs eū expectauerūt et dixerūt. Emitte agnū dn̄e dominatorem terre ꝛc̄ Insup introitus resumitᷣ quia tam p̄cedētes scꝫ patriarche et prophete ꝙ̄ sequētes scꝫ apl'i et alij sunt cōcordes de fide christi. Et significat turbā que in die palmarū precedebat ꝛ sequebatur eum Math. xxi. Versus vero eiusdē introitus alcius in troitu vt in plurimū cātatur et designat immēsitatē desiderij et clamoris quorundā scꝫ ꝓphetarū indies dicentiū et canentiū Vtinā disrumperes celos et descēderes Alij Mitte quē missurus es Et psalmista Domie inclina celos tuos et descende. De quo poeta.

Vidistis ꝙ̄ magna canant qui carcere nostro

Clauduntur: letiqꝫ diem aduentasse salutem

Quo patriam repetant: inuisaqꝫ menia linquant

¶ Gloria patri etiā interponitᷣ ad designandū ꝙ tota sancta tri-

nitas indiuise filij dei incarnationē opata est Ideo ad dandā glo-
riā de hac ineffabili maiestate sctē trinitatis. gloria pri interponit
¶ Kyrie eleysō hic ter repetitur. Et petitur aduētus christi spi-
ritualis in mentē et sonat kyrie eleysō. id est domie miserere quia
pueri cito remittunt offensas et cito etiā dant preciosissima. Et
quia nos per peccatū triplicē incidimus miseriā scz subiectionez
seruitutis peccati quia qui facit peccatū seruus est peccati. et sic
clamamus nostri miserere. Secūdo incidimus paupertatez boni
gratuitus. Trenorū. iij. Ego vir videns paupertatē meam super
quo clamam⁹ nostri miserere. Tertio incidimus cōculcationem
a demonib⁹ vilissimis Trenorū vltimo. Serui dominati sunt no-
stri. Psalmista Conculcauerūt me inimici mei tota die. et sic cla-
mam⁹ iterū domie nostri miserere. Postea ter Christe eleyson. et
iterū ter kyrie eleysō resumit ita q nonies simul replicet quia ec-
clesia nō modo de predictis misericordiā expostulat sed precipue
clamat petendo misericordiā a deo de nouē generibus peccatorū
Est enī peccatū cogitationis. locutiōis. perpetratiōis. Itez pec
catū veniale. mortale et originale. Item peccatum malignitatis
seu in spiritūsanctū. fragilitatis vel per impotentiā resistendi. seu
peccatū in patrem. Et peccatū simplicitatis per ignorantiā in fi-
lium. quia ergo nouez modis peccādo excedimus rationabile est
vt nonies misericordiā domini imploremus.
¶ Gloria in excelsis deo. Hoc sacerdos solus dicēs tipum ge-
rit angeli qui in natali domini pastoribus dixit. Anunctio vobis
gaudiū magnū quod erit omī populo Luce. ij. Itaqz hoc canticū
ad decantandū fuit institutū a Thelophoro papa. vt habetur de
conse. dis. i. c. Nocte sacra. Chorus vero postea respondēs et p
sequēs gerit personā multitudinis. quia dicit ibidez. Facta est cū
angelo multitudo celestis exercitus laudantiū et dicētiū Gloria
in excelsis deo et in terra pax homibus. Itaqz angelico ymno fini
to sacerdos se ad populū vertit qui est mediator inter deum et po
pulū dicens sonora voce. Domin⁹ vobiscuz. Anūciando populo
q domin⁹ sit cuz eis per incarnationē qui eis pmissus est olim in
pphetis. Et exponimus sic. dñs vobiscū. id est dñs in vobis ma
neat et vos premio eterne vite remuneret et petitionibus vestris
effectū tribuat vt graciā dei impetretis perseuerantes in illa. Et
chorus respōdet. Et cū spiritu tuo. et sensus est tu pro nobis fun-
de preces ad dominū. et quia tantū illas preces approbat et exau
dit que de bono corde procedūt. oramus 7 nos similiter pro te vt
iste (sine quo nō est bonū) sit cū spiritu tuo. Nam sacerdos stans

ad altare totus debet esse in spiritu et nihil sentire de rebus transitorijs. Quia hoc figuratur Genesis vicesimosecu͂do vbi abraha͂ perrexit ymmolare filium dixit ad seruos suos. Expectate me ibi cu͂ azino ego et puer illuc vsqꝫ properātes ꝛc̄. Serui sunt sollicitudines et cure de necessarijs huius vite. azinus autē animal pigru͂ est corpus. puer vero ast spiritus purus. patriarcha autez est loco afferentis. Et ergo sacerdos oblaturus filiu͂ dei debet cu͂ solo spiritu accedere ad altare. Oremus inclinando dicimus. q. d. Orate simul omēs mecum vt quod postulamus cicius impetremus. Et significat ꝙ tres magi procidentes adorauerūt puerum hiesum in diuersorio et gremio matris.

¶ Collecta. Collecta dicitur. quia petita populi colligit que sacerdos qui fungitur legatione populi offert deo. Et illa collecta significat corpus misticu͂ quod sic in vnu͂ cōmiscetur sicut ex multis granis corpus christi et sanguis eius ex multis vuis cōficiť. Et vt in pluribus sub numero trinario collecte dicunť. quia tres magi tria munera obtulerunt scilicet auru͂. thus. et mirrā. Itaqꝫ nos debemus illi offerre Cum memoria prime collecte auru͂. dilectionis et amoris feruētis desiderij ad deum. Cum secunda deuotam orationem. Instar thuris ex ignito fumo cordis ad deum ascendentē. psalmista. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Cu͂ tertio vero memoriā dominice passionis. Concluditur autem. Per dominu͂ nostrum hiesum christum. quia Johā. xv. dicitur. Quicquid pecieritis patrē in nomine meo hoc faciet In merito christi exaudimur et nō in merito nostro. Ideo maxime attentus esse debet sacerdos nominādo hoc dulce nomen hiesus recolens ꝙ iuxta apostolu͂ nullus dignus sit nominare ipsum nisi in spiritusancto. Hee collecte dicu͂tur in dextra parte altaris quia omēs huiusmodi orationes fiunt in nomine christi qui sedet a dextris dei. Ideo ad dextrā partem dici debent. Post oratiōes sacerdos diuersimode cōcludit que diuersitas breuiter patꝫ in sequētibus. Per dominu͂ dicat cum patrē presbiter orat Cu͂ christu͂ memorat per eundem dicere debet. Cum quo si loqueris qui viuis dicere queris. Si spiritus almi eiusdem dicere debes. Addiť hec etiam particula. qui tecu͂ viuit et regnat in vnitate. s. s. deus quia spu͂ssanctus est vnitas patris et filij. amor est cōnexio vtriusqꝫ. Subiungēdo. Per omia secula seculoru͂. idest eternaliter ꝫm beatu͂ Augustinu͂ que particula poniť propter luciferanos hereticos qui dicu͂t adhuc luciferu͂ regnaturu͂ et ad sedē christi collaturu͂ Chorus respondet Amen et valet intu͂ sicut fiat vel vere.

¶ Epistola.

¶ Deinde epistola premittit euāgelio que grece supermissio seu superogatio dicit latine. Nā sponsus misit spōse litteras per prophetas. Et ergo interdū legūtur ꝓphecie Jam vero tpe gracie ꝑsonaliter venit christus spōsus p̄sentare se in tēplo sponse sue In testimoniū vero ꝙ iam venit nobis legūtur epistole ⁊ littere testimoniales apostolorū. vt sunt actus apostolorū. epistole canonice p̄cipue epistole pauli qui anūciauit vbiqʒ christū venisse dicentē Ecce ego (qui loquebar olim in ꝓphetis) assum in hūanitate. Desideratus igit hiesus a patriarchis et ꝓphetis venit ad templuʒ sanctū suū et oblatus est in aram nostre redēptiōis. Unde hiesus iuuenis sponsus voluit sponse sue ecclesie p̄sentari an placeret ei sponsalia cū eo cōtrahere que ecclesia ꝑ os simeonis approbauit. et tanꝙ spōsum ꝓmissum libens suscepit. Et ergo canit Suscepimus deus misericordiā tuā in medio templi tui. Et hiesus obtulit se spōse sue ad amplexandū. Et simeon in persona ecclesie Accepit eum in vlnas suas tanꝙ sponsus videns ꝓmissum Adorna ergo thalamū tuū syon et suscipe hiesum spōsum tuū. In hui⁹ signū sacerdos legens epistolā extendit brachia sua super librū in ꝑsona ecclesie. ac si velit amplecti hiesum et vt alter simeō accipiet eum in vlnas suas brachijs amoris. Et ergo finita missa et pregustato parum de dulcedine eius cupit mori. legēs Nunc dimittis seruū tuum domine ⁊c̄.

¶ Graduale dicit a gradiēdi. Et significat ꝙ maria timore herodis graditur siue egressa est in egiptū cum puero hiesu et ibi degens vsqʒ ad mortē herodis. Quare cantat in voce graui qꝛ tristitiā matris et filij insinuat. Jccirco et in diebus pasce et pentecostes nō cantat. qꝛ isti dies futurū felicē cantū designāt in regno celorū cantandū in quo nō est fletus sed summū gaudiū et letitia Et quia post luctū sequit cōsolatio. Jdeo post graduale sequitur alleluia canticū letitie. Et est dictio hebrayca que ꝭm. b. Augustinuʒ interpretat dn̄e saluū me fac. Sed quare nō translatū est in aliud ydeoma. causa est qꝛ alleluia gaudiū celeste insinuat quod nec oculus vidit nec auris audiuit ⁊c̄. Jdeo qd̄ nobis ignotū est congrue sub ignoto exprimit vocabulo. Hoc gaudiū habuit christus cuʒ sponsa sua ecclesia quādo in iordano lauit eius crimia sicut canit ecclesia sctā. Hodie celesti spōso iūcta est ecclesia. Jdeo dicit cāticū epitalamicū ab angelis in nupcijs christi cū ecclesia spōsa ei⁹ modulatū. Sed notarū multarū protractio in fine subiungit sine ꝟbis et vocib⁹ significatiuis. Et ꝭm wilhelmū in rōnali diuinorū

significat hoc ꝙ gaudium celeste maius est ꝙ̄ possit explicari ser-
mone vel voce.

¶ Versus in alleluia. Quia patris vox olim dixit Penitet me fe-
cisse hominē. Versa est ⁊ audita est sic dicētis. Hic est filius meꝰ
dilectus in quo mihi cōplacui Repetit all'a q꞉ celi a perti sunt ei
et vidit spiritū dei descendentē sicut columbā et manentē in ipso
Et dixerūt iterū angeli all'a Sed tēporibꝰ luctui deputatis omit-
titur et loco all'a adiungit tractus. Quoniā tm̄ est pondus iniqui-
tatis nr̄e et circūstans nos peccatū ꝙ etiā cū violentia trahimur
ad bonū. Et ideo tractus habet multas graues notas. Christus
ergo ꝓ peccatis nostris abluēdis intrauit in desertum et ibi fecit
grauē penitentiā q꞉ ieiunauit. xl. diebus et noctibꝰ ⁊ habuit terrā
ꝓ lecto. celū pro tecto. Et fecit durissimā penitentiā. Jeiunauit.
orauit. vigilauit. iacebat super nudā terrā et dormiuit super eam
humiliter cū bestijs cōuersatus. discooperto capite et nudus pe-
dibus incedebat. Igit ipsum sepe mentetenus in hac solitudine
visita et quomō ter a dyabolo temptatur cogita.

¶ Euangelium.

¶ Euangeliū postea a sacerdote vel dyacono legendū significat
predicationē christi Christus enī inter homīes vti homo vsq₃ ad
tricesimū annū cōuersatus est. Cumq₃ autē esset annorū triginta
etatis a Johāne baptisari voluit vbi vox patris audita est et. ss.
in modū colūbe statim sup eum mansit. Enestigioq₃ ab eodē spū
in desertū ductus est. xl. diebus et. xl. noctibꝰ ieiunauit. Inde q̊₃
supatis dyaboli temptatiōibus cū in spū venisset in templū ven-
dentes et emētes eiecit de tēplo vt₃ Johan. iiii. Eodē insup anno
vocatis apostolis vt suā ostenderet diuinitatē absconditā primū
in chana galilee mr̄e p̄sente corā ipis vocatus ad nupcias. aqua₃
in vinū ꝯuertit. Inde statim vt opus pr̄is pficeret sumpto sacro
discipulorū cōsortio iudeā omnē. samariā. galileā et phenicū vr-
bes circuījēs in tēplo et sinagogis celesti documēto populos do-
cere cepit. Sed et leprosos mundare. mutos loqui. cecos illu-
miare. mortuos suscitare. ac febribꝰ vētis vndiq₃ īperare at₃ alia
innūerabilia signa facere. vt sue diuinitatis experimētū demōstra-
ret. S₃ postea vero dyabolꝰ venenū misit in cor iude. ad explorā-
dam christi diuinitatē per eꝰ mortē. ab eo discipulo vēditus cap-
tusq₃ ⁊ accusatꝰ fuit. ꝙ sabbatū nō obseruaret. ꝙ saluti hoīm quo-
uis tpe ꝯsuleret ꝙ baptismū circūcisiōe aūferret. ꝙq₃ abstinētiā
suille carnis auferret. De quibꝰ omibus poeta et pmo de cōuoca-
tione demonū ad habendū cōsiliū sup factis ⁊ opibus xp̄i tpe sue
predicatiōis ostensis et pfectis. optime canit dicēs

Lethei dites ingens hec causa subegit
Cogere consiliū: nec vos mea dira potestas
Me quicq̄ exciuit: varijs terroribus angor
Accipite hec memores nostrāq; his discite mentem
Horrida iam dudū forti cum milite bella
Congerimus: sed pauca valent in prelia vires
Sepius aduersum vidistis quantus in hostem
Insurgat clipeo: et telum quo turbine verset
Undiq; cōueniunt populi. pars alta sequūtur
Eloquia: et sanctū pars hunc cū munere adorant
Quid loquar? hic vrbes hic hic sermonibus ipsa
Opida subuertit varijs totumq; per orbem
Fama volat: sua nunc gentes doctrina per omnes
Spargitur: et tandem nostris dominabitur in oris
Uincimur heu miseri: q̄ parua potentia nostra est
Uincimur: iste deo natum magnoq; parente
Se facit: et miris testatur et approbat illud
Omnibus: claudi incedunt: sua lumina ceci
Obstupuere: nouas muti dixere loquelas

Audijt et surdus turba de hinc corpora lepra
Mundauit: cecis animas reuocauit ab umbris
Frigida mandauitq̄ iterū ad sua membra reuerti
Hic puer et medio doctorum celsus in urbe
Confecit alta docens: nunq̄ risisse notatus
Sepe dedit gemitus siccis super equora plantis
Ipse maris gradiens: timidū ceca yma petentem
Discipulū dextra tenuit quare ista fatentur
Esse deum tamen inde ferunt de virgine natum
At pater ignotus sitit hic sepe ardor edendi
Inuasit: quem turba hiesum modo clamitat ipsi
Quis nouus iste furor. temtandū est an deus hic sit
Siue homo: si vite fuerit sibi terminus: omnis
Questio iam pateat neq̄ enim regnator olimpi
Extingui: vel morte potest occumbere dira
Experiamur: ego varias in pectore curas
Et noua concilia atq̄ nouas demetior artes
Hic labor omnis adest cunctorū vertere mentes
Scribarū: rabidumq̄ anio instigare furorem

Principibus: varios vulgi miscere tumultus
Morte reum clamēt: ipsum quoqȝ fida suorum
Agmina distiguūt pretio tradatur et hosti
Vadite ianqȝ citi. pedibusqȝ accingite pennas
Tuqȝ mea imprimis allecto concipe vires
Et solitas artes. maior tibi gloria restat
Si struere ac tantā poteris cōponere mortem
Quare age gorgoneis mea nata accincta venenis
Aggredere: et diros longis de crinibus agues
Eripe: viperam scribarūqȝ tu infice mentem
Atqȝ odijs repleas: phariseos iraqȝ rumpat
Inde sacerdotes: scarioth tua vulnera iudas
Senciat: hunc auri cogat vis rumpere leges

¶ Legens autē euangeliū vertit se ad aquilonē que est plaga frigida et tenebrosa significās malitiā dyaboli tenebrosam et frigidam. Cōtra illā ergo predicator disponit vt tenebras fugat et frigus arceat charitate christi faciendo ʒm quorundā cōsuetudinē tres cru ✠ ces pmo in libro. secūdo in fronte. tertio in pectore vt notat Archi. de conse. c. Apostolica In libro. Crucifixū predico In frōte crucifixū nō erubesco. In pectore crucifixum credo. Et omnes stamus cum legitur euangeliū Esdres. Cum absoluisset. id est legisset et aperuisset legem. omnes recti steterunt. et hoc in reuerentiam illorum sanctorum verborum. Et capita nudamus in signum q nobis nuda dicatur veritas. Et dicto euangelio osculatur liber apertus a sacerdote et lectore. in quo cogitare debet quasi osculetur dulcissimum pectus Ihesu.

ex quo melliflua verba illa euangelica profluxerunt. Et astantes omnes muniũt se signo crucis ne volucres celi id est dyaboli auferant semen verbi dei euangelij lecti. Mathei. xiij.

¶ Credo. significat predicationẽ apostolorũ. Naz domin⁹ misit illos. binos et binos ad predicandũ fidem catholicã per vniuersum mundũ. et ergo sacerdos tanq̃ christus incipit. q. d. Ite in orbẽ vniuersum et p̃dicate euãgeliũ omĩ creature. Et chorus ꝓsequitur qꝛ apostoli ꝑ vniuersum mundũ dispersi anũciauerũt fidez christi. Fide in simbalo ꝓclamata presbiter se vertit ad populum Et significat ꝙ hiesus in die palmarũ vertebat faciẽ suam vt iret in hierusalẽ sustinere mortẽ pro nobis. Itaqꝫ videns ciuitatẽ fleuit super illã intãtũ ꝙ intumuit facies eius a multitudine singultuũ pectoris sui ꝓ quibus ad plenũ verba nõ potuit formare. Et ideo imperfecte dixit quia si cognouisses et tu. Cõsidera igiť oculis mentis hiesum flentẽ et ne auertas faciẽ tuã a singultu domini dei tui sed respice in faciẽ christi tui et sic deuotiõe afficieris si attenta eius ꝓspexeris lacrimas pro te effusas. Sacerdos se ita ad populũ cõuertẽdo dicit iterũ Domin⁹ vobiscũ monens vnũquẽqꝫ ad se redire et cõscientiã suã discutere. vt sic mentẽ suã et seipsum in holocaustũ iustum et hostiã sanctã deo placentẽ offerre valeat. Et subiũgit. Oremus populũ monens orare instar domi qui ad discipulos somno grauissimisqꝫ cogitatiõibus grauatos dormiẽtes inuenit ait. Vigilate et orate Quãuis sacerdos dicit Oremus nõ tamẽ orationẽ mox prosequiť sed calicẽ et se preparat Et significat id tẽpus quo christus occulte ambulauit inter iudeos.

¶ Offertorium.

¶ Offertoriũ est canticũ laudis et significat ꝙ cum laude et cãticis et floribus et palmis eum flentẽ receperũt ac munia laudis obtulerũt in die palmarũ. De quo Hieronimus.

Nam hiesus hic magna populi comitãte caterua
Hierusalem ingreditur cui ramis agmine facto
Occurrunt olee prostrati corpore terra
Sub pedibus pallasqꝫ locãt et carmina dicunt

¶ Dicto oremus ad mediũ altaris procedit sacerdos stans profunda mente hoc qd christus dixit in cena cogitare debet Jo. xiij.

Nunc anima mea turbata est et quid dicā pater sanctifica me ex
hac hora. clarifica nomen tuū hoc affectans faciet crucem sup ob
latam dicēs. In nomie patris et filij et spūssancti. Quid retribuā
domino pro omibus que retribuit mihi. Calicem salutaris acci-
piam et nomen domini inuocabo. Hic cogitare debemus quāto
desiderio christus desiderauit manducare hoc pasca in vltima ce
na cū discipulis suis anteꝗ̄ pateretur. Eleuato igitur calice pa-
rum suscipiens deuote. affectans humili corde. genubus parum
flexis dicat. Suscipe sancta trinitas hanc oblationē Hanc oratio
nem legit sacerdos in similitudinē christi qui longā orationē ante
suam passionē in vltima cena post lotionē pedum discipulorum ⁊
post cōmunicationē corporis sui pro discipulis suis premisit dicẽs
ait. Non rogo vt tollas eas de mundo sed vt serues eos a malo
Johan. xvij. Deposito calice ex diuersis diuersa obseruant. Qui
dam eleuatis manibus dicunt antiphonā illam de ascensione dñi
cū certis collectis. O rex glorie domine virtutū. Alij vero orant
Veni inuisibilis sacrificator ⁊c̄. Et tunc sacerdos cogitare debet
ꝙ christus subleuatis oculis et manibus in celū ait. Pater venit
hora clarifica filiū tuū. vt filiꝰ tuꝰ clarificat te Jo. xvij. Et cū hec
dixisset hiesus turbatus est spiritu. dixit Amen dico vobis. quia
vnus vestrū me traditurus est hac nocte in manus peccatorum.
⁊ dixit inde Hiesus quod facis fac cicius et exiuit cōtinuo scꝫ se-
crete ad iudeos vt traderet eis hiesum quē feria quarta eis vendi
derat. Itaqꝫ inter orandū iuxta cōsuetudinē religionū quarundā
accedit ad lotionem extremitatū digitorū. Ista lotio secūda ma-
nuū vel extremitatū digitorū vt amplius mundatus offerat sacri
ficiū mūdissimū potest representare lotionē pedum scilicet quan-
do hiesus in cena precinctus lintheo instar serui omniū lauit dis-
cipulorū pedes lutosos ⁊ coram proditore suo iuda. genua flexit
procūbens ante maledictos pedes veloces ad effundendū sang-
uinē. quos sanctissimis manibus attractare. lauare. extergere. et
osculari ore suo sanctissimo voluit. Hec cogitabis lauādo extre
mitates manuū. d. Amplius laua me sanguine tuo ab iniquitate
mea ꝙ̄ petere possum. Et post osculat̃ altare. in signū ꝙ christus
osculatus est pedes discipulorū post eorꝫ lotionē. Quāuis sacer
dos in principio misse dum se vestibus ornaret manus abluit. vt
vsus nostri cistercienꝫ ordinis cōfirmat atqꝫ disponit. In signuꝫ
ꝙ debet carere macula corporali. tamē in hoc loco volens sacrifi
care iterū lauat se. in signū carentie venialiū et minorū peccatorū
Lotis manibus vel seculares sacerdotes tunc sine lotiōe manuū

ante mediū altaris humiliter et profunde se inclinant dicentes. il lud Danielis. iij. In spiritu humilitatis &c. In qua tria tangunt que debent esse in sacerdote offerente et in omnibus assistentibus ꝓ quibus sacerdos offert. Primū est cordis humiliatio cuz dicit in spiritu humilitatis. Secundū est mentis cōtritio ibi Et in aīo contrito. Tertiū est recta intentio ibi. Et sic fiat sacrifitiū nostruz vt a te suscipiatur hodie queadmoduz scz suscepisti filij tui felicem animā cum cōmendaret eam tibi in morte et placeat tibi domine deus sicut tibi placuit mors eius pretiosa. Cōuertens se ad populum sacerdos tristis dicēs sub missa voce. Orate pro me fratres peccatore &c. Ita tamen ꝙ illa verba aliquātulū ab astātibus audiātur in quibus monet populū pro se orare. et deinde orat secrete pro populo. Iuxta dictū Jacobi. v. Debemus pro inuicē orare vt saluemini. Secreta oratio significat secretū consiliū quod iudas habuit cū iudeis vt eis iesum traderet. Et habuerunt tria consilia de eius morte scilicet dominica in passione et in sabbatho ante palmarum et feria quarta cum iudas vendidit dominū. De quo Hieronimus.

Utqz satis primos acuit fera seua furores

Atqz omnē euertit ipsis cum patribus vrbem

Ad iudam scarioth obscenis protinus alis

Accelerat: miserumqz omi cōplectitur angue

Fodit auaritie primū sua pectora telo

Post virus tetrum iniecit quo prodere tentet

Heu demens: hostiqz suum dulcemqz magistrū

Traderet: o nimiū dira est ab arundine fossus

Infelix scarioth: cepit nam primitus illud

Sacrum opus vngenti verbis damnare prophanis

Nec satis hoc misero est sed mox ad limina patrum

Hinc celeri fertur gressu preciumq; poposcit

Et dare se spondet ignori signa magistri

Atq; vbi charis socijs versetur: et inde

Nunc tentant quencūq; sibi monstrauerit ipse

¶ Et cōcludūtur secreta alta voce scz. Per dominū nostrum rc̄ Quia cū Judas exisset dicit hiesus. Nunc clarificatus est filius homīs et cōtinuo clarificabit eū pater. Et sacerdos exaltat vocē et multo solempnius cantat aut legit q̄ꝫ in tota missa vnq̄ꝫ fecit ꝛ dicit. Per omīa secula seculorū rc̄. et procedit ad prefationē. Et significat per prefationē ille longus et dulcissimꝰ sermo quē in cena fecerat quē cōscripsit Johan. euangelista. xiiij. et. xv. Et nota q̄ꝫ in capite prefatiōis dipingūtur iste due littere. V et D cōnexe cū cruce in medio et pro vere dignū. Unde V inferius est clausa et superius aperta habēs initiū linea longiori significās humanitatē christi que in virgine principiū habuit sed fine carebit. D. deitatē significat circulariter clausa que nec initium nec finem habet Tractus in medio vtrāq; copulās signū crucis efficit vsus Humanū genus v designat d deitatez. Stans crux in medio federat ista duo. Sciendū q̄ꝫ finis prefate oratiōis est initiū prefationis ꝑ quod sacerdos insinuat q̄ꝫ christus est lapis angularis quē reprobauerūt edificātes iudeos cōtinens et gētiles. vt sit vnū ouile et vnus pastor dicendo. Per omīa. s. s. ꝫm aliquorū ↄsuetudines sacerdos manus depressas tenet donec dicat. Sursum corda. Aliq vero in ꝑncipio ipsius ip̄as eleuant. Et dicit̄ prefatio a pre qd̄ est ante et for faris q2 fatur ante principale sacrifitiū ad quod offerendū missa est instituta. Est eñ prelocutio tocius canonis secuturi. In hac preloquit̄ sacerdos grates et laudes deo vt melius ad cōsecrandū corpus christi possit ꝑuenire Vocat̄ etiā preparatio q2 ꝓparat fideliū mentes ad future ↄsecratiōis reuerentiā. Etiaz ab aliquibus vocat̄ hymnus angelicus q2 angelicis laudibꝰ est plenꝰ Ab illa eñ parte. Dominus vobiscū vsq; ad Sanctꝰ rite potest vocari ymnus. Dicto ꝑ omīa secula seculorū. quod significat Deus petēdus est ac exorādus sine fine ab omī creatura. et maxīe ab homīe qui est inter creaturas nobilissima ꝑ omīa secula id est tp̄a vite sue, Sacerdos salutat populū, d, Dominus vobiscū, optās

nos tales existere cū quibus dn̄s manere dignet̄. Tūc chorus vel minister in persona populi respondet. Et cū spiritu tuo. sacerdoti hoc idem reoptās. sic enī mutuo pro se orāt iuxta dictū Jacobi. v Deinde Sursum corda. s. leuate per celestiū contemplationē sub iungit̄ quod est singularis incitatio ad deuotionē mentis et ad celestiū eleuationē ꝓpter sacramētalis misterij magnitudinē. Chorus autē respondet. Habemus ad dn̄m. Et in hoc profitētur monita sacerdotis suscepisse. Quare dilgiēter prouideat populus et quilibet respōdens ne cor habeat deorsum ad seculū et sic spiritui sancto damnabiliter menciat̄. Sacerdos aūt subsequit̄ excitādo populū vt ad memoriā reuocet innūerabilia benefitia dei. ei referendo gratiarū actiōes. d. Gracias. a. d. d. n. q. d. quia est creator redemptor et glorificator noster. Jdeo gracias agere tenemur sibi nostra ex creatiōe qua dedit nobis naturā. Jdeo dicimus dn̄o ex redemptiōe qua dedit nobis graciam. Jdeo dicimus deo. Ex glorificatiōe nostra qua dabit nobis gloriā. Jdeo subiūgit̄ nostro Chorus respōdet et approbat dictū sacerdotis. d. Dignū et iustū est. Dignū est ratione diuine maiestatis. Justū est ratione nostri. Justum enī est vt nos ei graciarū actiōes reddamus quia nos sumus populus eius et oues pascue eiꝰ. Tunc sacerdos cōtinuat p̄fationē cantando vel legēdo. Vere dignū et iustū est vt habet̄ in libris vbi proclamat ꝙ in omi loco. nos ipsi deo ꝓ his donis gracias agere debemus per xp̄m dominū nostrū. per quē angeli maiestatē dei laudāt. adorāt domiationes. tremūt potestates scꝫ tremore reuerēciali. cognoscendo suā potestatē nihil esse respectu diuine maiestatis que in hoc sacramento cōtinetur. Celi celorumqꝫ virtutes. ac beata seraphin socia exultatiōe cōcelebrant. i. concordi iubilatiōe deum magnificāt. quia in celo est vera societas sine omi inuidia et dissensione. Cum quibus angelis ⁊ nostras voces vel laudes vt admitti iubeas deprecamur. supplici cōfessione. id est humili laude et nō superba p̄sumptione dicētes. Sanctꝰ. sanctus. sanctus. hic ymnus angelorū habetur ysaye. vi. Apocalipꝫ. iiij. Et est laus seu iubilus perfectorū. qui in hoc ipso quodāmō admittūtur ad cōcentū angeloꝝ. ⁊ ergo cātatur quādo sacerdos est in maiori mentis eleuatione ad deū quasi iam vltra homies angelis sociatus et ergo ante dixit. Et ideo cū angelis ⁊c̄. Et Sixtus martir et papa octauus a beato petro cōstituit vt infra actionem sacerdos incipiens populus ymnū decātaret videlicet Sanctus. Dicit̄ autē ter sanctus et semel dominꝰ deus vt misteriū trinitatis p̄sonarū in diuinis et vnitatis essētie i diuinitate cōprobet̄

Subiungit sabaoth.i.exercitū scz angelorū et hominū. Significat eni letitiā angelorū et sanctorū patrū in limbo detentorum appropinquāte passiōe christi. Pleni sunt.c.et.t.g.t.quia gloria domini celi et terra replent. Hucusq̄ sacerdos legendo se inclinat quia tunc incarnationē et maiestatē diuinā p angelorū hominūq̄ cantū recognitā venerat Osanna in excelsis. Hic est cantus humanus quē cantabāt pueri ramos palmarū in manibus habētes Et est ymnus hebreorū id est transeuntiū. Unde ergo cōpetit hominibus perfectis et iam in angelicā vitam quodāmodo trāsformatis. Benedictus ✠ qui venit in nomie domi. Hoc legendo sacerdos signat se signo crucis ad designādū q̄ iste (qui venit) cruce triūphauit. Osanna id est obsecro saluifica populū tuum In excelsis id est in altissimis. Quia nō solū instaurauit salutez in terra sed etiā in celis ruinā angelorū. Jmno sic dicto cogitandū est breuissime hiesus et discipuli eius exierūt de domo refectorij in montem oliueti et ibi trās torrētē cedron cepit pauere et tedere ac mestus esse tam ex forti hymaginatione sue amarissime passionis iam instantis. itaq̄ dicebat. Tristis est aia mea vsq̄ ad mortē. quia factus est in agonia ꝓlixius orando. et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram ex calore nimij et excessiui amoris. Sanguis eni eius qui est fidelis amicus nature ad subueniendū nobis membris christi infirmis veneno serpētis intoxicatis pronus effluit quasi nesciēs expectare quousq̄ vi expelleret. Aīaduerte igit o sacerdos quāta puritate. tremore et reuerētia ad illud sacramentū accedas. ad quod christ⁹ accessurus pati voluit sanguineū sudorē sudauit in quo ipse fuit mirabiliter et ineffabiliter notatus sacerdos et sacrifitium. et tantum de prima parte sacratissime misse.

¶ Secunda pars misse.

Secunda pars sacratissime misse. Jn qua per multa signa et inditia christi passio amarissime declaratur. Canon siue regula nōnunq̄ dicit quia significat passionē christi que est tanq̄ regula qua docemur quomodo ẜm apostolū per multas tribulationes oportet et nos intrare regnū celorū. Jn isto toto offitio christus verus sacerdos regulariter presentat Uel quia per hunc fit regulariter cōsecratio sacramenti. Secundo nominatur hec pars Secreta. quia verba ista secretissimā habēt virtutē scilicet q̄ trās

mutant ea que distant in infinitũ. Et de eorũ virtute angeli etiam ammirãtur. Ideo secreta voce celebrantur. Neq ratio humana plenarie potest capere tantũ misteriũ. Tertio vocatur actio propter sacra misteria que in ea agũtur. Quarto dicit sacrifitium Et hoc a sua parte digniori quod sacrifitiũ iubet nos offerre Propheta in verbis thematis in vera spe. caritate et dilectiõe. d. Sacrificate sacrifitiũ iustitie et sperate in domino. Ex quo autem Canon regula dicitur. ideo regulariter debet legi. ita q nihil addatur nec omittatur Deb em̃ legi integraliter et distincte id est verba ista nõ debent corrupte sine truncatim legi. Etiã expedite id est nõ nimis tarde nec nimis festinãter. quia nõ debet sacrifitiũ sine sale id est discretiõe et deuotione offerri. Etiã in libro ne legẽtibus error cõtingat Del attente quia sm Gregoriũ Illam orationẽ deus nõ audit cui ille qui orat nõ intendit. Del silenter Et hoc ratiõe significatiõis quia hoc secretũ silentiũ representat christi latibulum ante suam passionẽ quando nõdum eius hora venit. Del silenter ne sacra verba vilescerẽt apud vulgus sicut factũ legitur. In principio tamẽ canonis crucifixũ vel crucifixi ymago depingit vt sacerdos in eam deuote intendat et sibi domice passionis memoriã fideliter imprimat. Debet etiã iunctis manibus ante altare inclinationẽ profundissimã facere. et inclinãdo ita psenerare vsq huc Dti accepta habeas rc̃. Et significat altam inclinationẽ vel pocius corporis prostrationẽ quam fecit ante passionẽ in qua factus est sudor ei⁹ sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã Luce. xxij Recogitet deniq sacerdos tunc se esse terrenũ se totũ humiliando. vt hoc sacrifitiũ laudis offerre deuote valeat. Et minister vl ministri tunc maxime post tergũ stare habeant. In signum huius q instante passione domini relicto eo omẽs discipuli fugierũt vel hoc fit alijs in exemplũ quia si ipsi ministri pro tunc recedũt multomagis alij circũstantes retro 7 nõ in facie sacerdotis tunc stare debent. In Canone autem alia verba. alia signa et gestus pretendunt. Nam dicit Innocẽcius quia verba principaliter pertinent ad eucaristiam consecrandã. Signa vero ad histotiam dominice passionis recolendã. Et sic per signa crucis ordinẽ tormenti dominice passionis recolimus. vt patebit in prosecutiõe. Ideo Augustinus dicit. Nostrũ sacrifitiũ est sacramentũ oblationis hiesu in cruce. Et ergo incipit a littera Thau sic formata que sui forma signũ crucis ostendit super quã figurã Moyses in deserto serpentem eneũ (qui figura christi fuit) erexit. Itaq tota sequens materia dominicã passionem notificat.

¶ Sequitur Canon vel Secreta.

¶ Sacerdote sic inclinãte cũ pauore et tremore instar christi in
monte oliueti orando dicit. Te igitur clemen. per hiesum christũ
filiũ tuũ dominũ nostrũ. Supp. roga. ac. peti. vti. accep. habe. et
bene. Hec do ✝ na Hec mu ✠ nera Hec sancta ✠ sacrifitia illi-
bata. ¶ Dicit in p̃missis. Te igit. ad denotandũ cõtinuationem
p̃fationis ad canonẽ et q nulla oratio infra orationẽ ⁊ canonẽ pre
ter sanctus est inserenda. Multiplicent etiã verba petitionis scz
rogamus ac petim⁹ idem quoddãmodo significãtia ꝓpter expri
mere magnitudinẽ affectus quẽ sacerdos habere debet. Dicũtur
etiã verba ista in plurali hec dona ⁊c̃. ꝓpter diuersitatẽ specierũ
atqz substantiarũ panis ⁊ vini. Et ad hec verba scilicet hec dona
hec munera. hec sancta sacrifitia tres fiunt cruces ad designandũ
triplicẽ christi traditionẽ scilicet a patre ex gracia. a iuda ex aua-
ritia. a iudeis ex inuidia. Et signũ crucis tribus digitis exprimẽ
dum est que sub inuocatiõe trinitatis exprimit et a supiori trahit
ad inferius q christus de celo trãsit ad terrã ⁊ producit a sinistra
ad dexterã quia de miseria trãsire debemus ad gloriã sicut christ⁹
transit de morte ad vitã de inferno ad paradisum.

¶ Sequitur Imprimis tibi offeri. pro eccle. t. s. catho. quã paci
custo. aduna. et regere dig. to. or. ter. vna cũ fa. t. pa. n. et antis. n.
et re. n. et omibus ortho. atqz cat. et apos. fi. cultoribus Nota q
sacerdos gerit typum persone cõmunis et representat christũ. et
ideo dicit offerimus ad denotandũ q sacerdos nõ tantum in sua
sed tocius ecclesie persona sacrificat quapropter nõ min⁹ vel ma
ius perficitur a sacerdote bono vel malo. Sed tamẽ si malus reci
pit. ad eternã damnationẽ sibi recipit. Si bon⁹ ad vitaz eternam.

¶ Memento fa. fa. qz tuarũ. Hic age memoriã tuiipsius cõsan
guineorũ. parentũ spiritualiũ et carnaliũ. benefactorũ. inimicorũ
et eorũ qui se tibi cõmendauerũt vel pro filijs cõfessionis. vel pro
quibus orare teneris. Et semp in genitio ista omĩa debent memo
rari sub hac forma. Memẽto primo mei indigni sacerdotis gra-
ciã mihi tribuẽdo vt hoc sacrificiũ laudis valeã offerre digne. ti-
bi et omibus sanctis tuis ad honorẽ mihi et omibus pro quibus
teneor ad salutẽ ac prosperitatẽ. Itaqz memẽto parentũ tam spi-
ritualiũ q carnaliũ. fratrũ. sororũ. amicorũ. benefactorꝝ in genere
In specie. N. tribue illis iuxta tuã sanctã voluntatẽ eorũqz cor-
poris et aĩe necessitatẽ et omniũ inimicorũ atqz infideliũ reuoca
eos ab erroribus et insidijs eorũ vt omẽs graciã tuã obtinere va
leamus. Multũ enĩ laudabile est q sacerdos seruet personarum

ordinē ꝫm merita et dignitates postq̄ sui ipsius parentūqꝫ suorū memoriā habuerit. Neqꝫ est necesse q̄ nomina ꝓpria exprimātur eo q̄ deo nihil latet sed solum intentionē et affectum ad has perso nas pro quibus orare vult. gerat Sequitur.

¶ Et omniū circū. q. fi. tibi. cog. est et no. deuo. pro qui. ti. off. vel qui ti. off. hoc sa. laudis pro se suisqꝫ om. pro redemp. ani. su. pro spe. sa. et incolu. sue tibi red. vo. s. eter. deo. vi. et ve. Ex qua oratiōe notat̄ q̄ salubre est cunctis presentialiter sacrā missam au dientibus quia pro omibus his qui bona fide lacrimosaqꝫ deuoti one assistūt suppliciter sacerdos exorat. Unde notandum q̄ sacer dos legalis intrans sanctū sanctorū erat indutus super humerali quod in vtroqꝫ humero habebat vnū magnum et pretiosum lapi dem onichinū in quo erūt sculpta sex nomīa filiorū israhel sex scꝫ in vno et reliqua sex in altero iuxta ordinē natiuitatis eorū que si mul sunt duodecim quia ipse sacerdos totū portabat onus in hu meris suis. Exodi. xxviij. Similiter erat indut⁹ alia veste que di citur rōnale ⁊ in illa circa pectus erāt duodecim lapides pretiosi et in quolibet eorū erat sculptū vnū nomen duodecim filiorū isra hel q: sacerdos ille habuit omnē populū in pectore iug: memorie Aaron sic disposit⁹ portabit iniquitates filiorū israhel que obtu lerūt filij israhel in cūctis muneribus suis. Et sic anxiatus onere peccatorū sui et tocius populi precabat̄ deū vt saltim meritis pa triarcharū duodecim dignaret̄ populo propiciari. Sic etiā sacer dos euāgelicus in sancto sanctoꝝ eleuat hic humeros suos quib⁹ impositū est totū onus populi pro quo ex nimia anxietate spirit⁹ precat̄ dominū vt saltim meritis patriarcharū scilicet duodecim apostolorū quorū nomīa hic recitat ⁊c̄. Similiter habet in pect⁹ iugis meditationis opus populi ad orandū pro eo et precipue ꝓ illis quorū stipendijs ⁊ elemosinis sustentat̄ et quorū memoriam ante habuit. Et hoc etiā meritis duodecim martirū quorū etiam nomīa hic recitat. Sequit̄. ¶ Cōmunicantes (scilicet in vnitate fidei cū sanctis hic in via) et memo. venerā. Imp. glo. semp vir- ginis marie. ge. dei. et do. nostri ihesu christi. Sed et bea. apost. Pe. Pau. An. Ia. Ioh. Tho. Ia. Phi. Bar. Ma. Si. et Tha. Li. Cle. Clemen. Six. Cor. Cipria. Lau. Crisogo. Joh. et Pau. Cos. et Da. Et omniū sanct. t. quorū me preci. qꝫ conce. vt in omī protec. t. munia. aux. Per eundeꝫ crist. do. no. Circa quod querit̄ Quare alij sancti martires nō sunt impositi ad Canonē qui tamen maximis passionib⁹ atqꝫ mirabilib⁹ claruerūt sicut sanct⁹ Steffa nus ꝓthomartir vel beatus apostolus Barnabas. Respondet̄

ꝙ Canon iste ex inspiratione diuina est ꝯpositus. Ideo isti ex di-
uina inspiratiōe vel relatione sunt inserti vel inscripti et non aliȷ̄
Unde legiᷓ ꝙ aliqui sancti patres voluerūt aliquos inserere ⁊ ali
quos remouere in crastino nomina illorū qui remouebātur innēta
fuerūt aureis litteris inscripta. Quapropter nullus tāte audacie
esse debet ꝙ aliquē sanctū in Canone addere vel deponere presu-
mat. ¶ Et omniū sanctorū tuorū. Illa clausula ẜm beatū Hie-
ronimū apponiᷓ generaliter. cū festiuitates et memoria omnium
sanctorū singulis diebus celebrari vel haberi nō potest vt saltim
in genere memoria eorū sic obseruetur. addita. Naꝫ ẜm Eusebiū
in quolibet die anni plusꝙ̄ quinqꝫ milia sanctorū festa cōcurrunt
Excepto die kalendarū. Januariȷ̄ quo intēdebant gentiles epulis
et solennitatibus et nō persecutionibus sanctorū siue sanctarum.
¶ Dubitatur Quare hic in Canone sanctorū memoriā obserua-
mus et eorū auxiliū imploramus. Dicenduꝫ ꝙ ecclesia memoraᷓ
sanctorū noui testamenti in cōsecratiōe huius sacrificiȷ̄. nō vt ali
quid operētur ad huius sacramēti cōsecrationē. sed vt eorū meri
tis iuuemur et sanctificemur. quatinus digne et salubriter huius
sacrificiȷ̄ oblationē perficiamus. Cōcludiᷓ tandē hec oratio. Per
eundē christum dominū nostrū. quia sicut per ipsum omnia facta
sunt sic et omīa per ipsum sunt terminād̄a. Et nō respondetur hic
Amen. Quia vt dicit rationale. pie creditur. et indubitāter presu
mitur. ꝙ iam assint angeli ipsi sacerdoti ministrātes et loco mini
stri Amen respōdentes ¶ Hanc igiᷓ oblationē. i. oblatū sacrifi-
tiū ser. nost. sed et cūc. fa. tue qnes. domīe vt pla. ac. diesꝗ nos. in
t. pa. dis. atqꝫ ab eter. damp. nos eripi. ⁊ in electo. t. iube. gre. nu.
per xp̄m. d. n. Legendo hanc orationē sacerdos ꝓfunde et deuote
inclinat et significat deductionē christi impetuosam mane de do-
mo cayphe ad pilatū et deinde a pilato ad herodem. dimisso vul
tu et verecundo et nudus pedibus incedentis cū magna festinati
one et omī clamore cōuitia audientis Et mater eius cū indicibili
dolore eum sequiᷓ a longe Et corā herode tanꝙ̄ agnus māsuetissi
mus nō aperiētis os suū ad multa ab eo interrogata inclinato ca
pite stetit. Quare herodes hiesum illusum et indutū alba veste et
longa tanꝙ̄ stultū ad pilatū remisit et ꝓpter longitudinem illius
vestis. et ꝓpter impetum iudeorū crediᷓ sepius corruisse in via.
Et hoc signaᷓ per humilē capitis inclinationē et bassam toci⁹ cor-
poris depressionē. Dum orat hanc deuotā orationē que est cōclu-
sio oīm predictorū. specialiter hui⁹ quod per oblationē hui⁹ sacri
ficiȷ̄ impetrare intēdim⁹. Et potest esse sentētia ipsi⁹. Quia sancti

tui dñe quorũ cõmemoratio iam acta est nobis ritum et formã tra
diderũt. Ipsumqꝫ offerẽdo gratiã cõsecuti sunt sic et nos meritis
et ꝓ̃cibus eorũ tua solita ꝓtectione muniri cõfidimus. Iccirco il
lis ꝓ nobis sic intercedẽtibus rogamꝰ cõfidenter quatinꝰ tu deꝰ
pater per christũ. d. n. idem sacrifitiũ quod tibi soli deo vera ado
ratione impẽdimus. placatus meritis et intercessionibꝰ sanctorũ
tuorũ approbando accipias. vt hoc sacrifitiũ trãquillitatẽ pacis
liberationẽ ab eterna damnatiõe et consortiũ oĩm sanctorũ tuorꝫ
nobis obtineat. ¶ Quam oblationẽ tu deus in omibus quesumꝰ
benedi✠ctam. Hec crux significat ꝙ iudei cõtra innocentẽ chri
stum clamabãt. Tolli et crucifigi et maledictũ Barrabã dimitti
Ascri✠ptam et significat hec crux xp̃m traditũ militibus ad fla
gellandũ qui nudauerũt eum corã tota cohorte hominũ vtriusqꝫ
sexus. Et eum immanissime flagellis ceciderũt et vsqꝫ ad costas
verberibꝰ laceratus sic ꝙ a vertice capitis vsqꝫ ad plantã pedűꝫ
nõ fuit in eo sanitas quousqꝫ tortoribꝰ ꝙ̃ inspectoribus fatigatis
iubet solui Ratã✠ rõnabilẽ acceptabilẽqꝫ facere digneris. Hec
crux significat ꝙ induerũt eum vestem laceratã purpuream. deri
soriam tanꝙ̃ regnare volentẽ. ¶ Sequitur Vt nobis cor✠pus
hec crux significat ꝙ capiti eius coranã spineã vsqꝫ ad cerebrum
violẽter impresserunt vt sanguis eius ex capite copiose defluens
frõtẽ. genas et collũ rubricaret et plus ꝙ̃ mille puncturis vulne
rauerũt. ¶ Sequit᷑ Et sang✠uis significat ꝙ dederũt ei arundi
nem in manu dextra ad modũ sceptri regalis flectentes derisorie
genua corã eo dicẽtes. Aue rex iudeorũ dantes ei alapas ⁊ exspu
entes in faciẽ eius ⁊ arũdine caput eius percusserũt vt spinee eiꝰ
forcius intrarẽt. ¶ Fiat dilectissimi filij tui. Hic erige manus tu
as ex intima deuotiõe cũ suspirio in celũ. q. d. O dulcissime pater
nõ dedigneris ꝙ ego pauꝑ et inimicus ausus sum tam magnifica
postulare quia si rogarem a te celũ et terrã modicum esset sed po
stulare a te corpus ⁊ sanguinẽ filij tui vnigeniti vt tam sub immũ
dis manibus crearet᷑ quis nõ cõtremisceret. ¶ Qui pridie ꝙ̃ pa
teret᷑ accepit pa. in sanct. ac ve. ma. s. Hic cogita O pie pater re
cordare timoris. doloris et angustie quã suũ dulcissimũ cor tunc
sentit. ¶ Et eleuatis oculis ad te deũ pa. su. omni. tibi grãs agẽs
bñdi✠xit fregit de. disci. s. di. Accipite ⁊ mã. ex hoc om. Hoc est
eñ corpus meũ. Ita qꝫ sacerdos cũ summa deuotiõe cordis debꝫ
eleuare oculos ad celũ et cogitare ꝙ ꝑ illã crucẽ significat᷑. qꝛ hec
crux notat ꝙ pilatꝰ ihesuꝫ sic idutũ veste purpurea flagellatũ. spi
nis coronatũ. arundinẽ in dextra tenentẽ. funem vero in brachio

quo prius ad columnā ligatus erat facie in terra dimissa. et sagui
ne per oculos genas. nares et collū copiose decurrēte sic deforma
tum. Omni populo ostendit clamans. Ecce homo. et iterū Ecce
rex vester. Quā quidē opprobriosam ostensionē repetit sacerdos
in eleuatiōe corporis christi ostendēs eum omni populo. Et sicut
clamabāt illi voce canina. Tolle tolle crucifige eū. Sic nos ecō
tra videntes cū suspirio dicamus. Aue salus mundi. Hora eleua
tionis nola pulsat͛ qr in lege moysi tpe sacrificij tubis clangebant
ꝛ sic etiā laudamus eū in cymbalis. Et etiā vt populus prepararet
se ad deuotionē et orationē candele ꝛ faces accendūtur. Quia cor
da fideliū circūstantiū accendi debēt deuocius et inflāmari feruē
cius. Vnde sanctus Gregorius dicit ꝙ in instanti ꝓlatiōis ver
borū horū Hoc. e. n. c. m. celi aperiūtur celestiū curie adueniunt
cū verbo dei incarnato ad vocē sacerdotis. Et sacerdos debet di
cere verba cōsecrationis cū intentione cōficiendi in ꝑsona christi
et sic christus in ꝑsona sacerdotis conficit. In signū ꝙ vnū sint
christus et sacerdos quia dicit͛. Hoc est corpus meū. ¶ Simili
modo postꝙ̄ ce. est accipi. hūc precla. ca. in sanc. ac vene. ma. su.
gra. agens bene ✠ dixit. Hic crux notat ꝙ ihesus crucē suam in
proprijs humeris portauit posteriorē eius partē sup terraꝫ traici
ens. curuatꝰ. cruentatus cū magna cōfusione factus opprobriuꝫ
hominū. Et tamē exultauit in spiritu vt gigas ad currendā viam
ad montē caluarie. Et ibidem corā tota multitudine nudatꝰ quia
vestem eius in vulneribꝰ coagulatā violenter extraxerūt adeo di
re ꝙ omīa vulnera eius denuo aperta erant ex quibus saguis eius
copiosissime effluxit. Et illa extractio vestis in vulneribus indu
rata erat ei grauissima pena excedens precedentes.
¶ Dedit dis. s. di. Acci. et bi. ex eo om. Hic est. n. ca. no. ꝛ eter.
tes. mis. fi. qui ꝓ vo. et mul. effun. in remis. pec. Tūc eleuat͛ calix
ꝯsecratꝰ Et ẜcat ꝙ postea cū violētia eū sup crucē in terrā nuduꝫ
deiecerūt et ita atrociter eū extenderūt sup terrā. vt ossa eiꝰ dinu
merari poterāt et manꝰ eiꝰ ac pedes optusis et grossis clauis cru
ci affixerūt et crucē cū corpore erexerūt cum impetu et magna vi
ita ꝙ oīa vulnera manuū ꝛ pedū dilacerabant͛ et saguis copiosissi
me defluxit. ꝛ sic int͛ malefactores eleuatꝰ et ꝓputatꝰ est De q̄bꝰ.

Postꝙ̄ ad caluarie venit gens impia collem
In terram statuere crucem: cruce et inde supinum
Constituere ihesum: sanctas quoqꝫ cuspide ferro

Inde manus. atqz inde pedes fixere beatos

O dolor o pietas medium statuere nephandos

Inter raptores: atqz est cōnumeratus in illis

¶ Hoc sacramentū dz solū sumi a sacerdotib⁹ eccl'ie sub vtraqz specie qui celebrant ꝑ toto populo apud quos semꝑ fuit et est de necessitate ꝑcepti saltim eccl'ie qꝛ ꝫm doctores sacerdotes pl⁹ obligāt hoc facere q̄ꝫ ꝙ ieiuni celebrēt hoc vero nō ptinet ad laycos quanq̄ꝫ aliqui volūt dicere ꝙ in ꝓmitiua ecclesia cōsuetudo opposita huic fuisset obseruata posset quidē cōcedi q̄uis probabili⁹ videat̄ ꝙ hec obseruatio nunq̄ꝫ a tpe doctorū cōmunis apud omēs extiterit. Et est valde mirandū ꝙ aduersarij ecclesie ex hac autoritate christi Nisi manducaueritis carnē filij hoīs et biberitis ei⁹ sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Joh. vi. volūt ꝯcludere ineuitabiliter errorē suū et nō attendūt ꝙ in eodē capitulo christ⁹ ꝓmisit. Ego sum panis viu⁹. quis mādu caueri t ex hoc pane viuet ineternū vbi nihil loquit̄ de potu et ideo mendacē faciūt xp̄m si requirat̄ etiā cū māducatiōe sacramētali panis sumptio vini sacramētalis. Christus aūt verax est et mendatiū nō est inuentū in ore ei⁹ qui dicit nos ex sola māducatiōe panis nō solū cōsequi vitam sed vitā eternā. ergo sanguinē bibere laycus nō est de necessitate salutis. Hoc eī affirmat et in vsu habet tota vniuersalis ecclesia. et ab omibus ita obseruari debet. Nā scriptura sacra in sui receptiōe et expositiōe autētica finaliter resoluit̄ in autoritatē receptionē et approbationē vniuersalis ecclesie presertim ꝓmitiue que recepit eā et eius intellectū immediate a christo et reuelante spūsancto in die pēthecostes ⁊ alias pluries patz. ꝙ quia Mathe us scripserit veraciter euangeliū ⁊ Nicodem⁹ nō solū habemus ab autoritate ecclesie. Juxta illō Augustini Euāgelio nō crederē nisi me autoritas ecclesie ꝯpulisset. Hec eī est ineffabilis regula a spūsancto data vel directa que in his que fidei sunt nec fallere potest nec falli ꝓbationes omitto. qꝛ hoc est primū et principiū in fide tenendū quo nō credito nō sup est arguere cōtra sic negantē sicut nec cōtra negantē prima principia in moralib⁹ et speculabilibus arguendū esse tradit arestotiles. Nūc posito casu ꝙ in ꝓmitiua ecclesia fuisset ad tpūs ante multiplicationē fideliū cōsuetudo talis scꝫ cōmunicatio laycorū sub vtraqz specie obseruata Vꝫ post multiplicationem fidelium postq̄ꝫ fides fuit diuulgata per vniuersum mundū ꝑ apostolos et alios missos discipulos ꝓsens

consuetudo scz de nō cōmunicādo laycos sub vtraqꝫ specie licite et rōnabiliter est introducta et obseruari debꝫ inuariabiliter ⁊ hoc ꝓpter causas sequētes ꝓpter euitationē multiplicis periculi. irreuerētie ⁊ scandali circa susceptionē huiusmodi benedicti sacramēti. Primū periculū in effusione. Secundū in deportatiōe de loco ad locū. Tertiū in vasorū sordidatiōe que deberēt eē sacrata nec passim tractata vel tacta a laycis. Quartū in barbis longis laycorū. Quintū in cōseruatiōe pro infirmis quoniā posset in vase acetum generari. et ita desineret ibi esse sanguis christi nec suscipiendum esset nec nouiter cōsecrandū sine missa Et fieri posset ꝙ daretur acetum purū pro sanguine christi addito ꝙ in estate bibiones aut musce generarētur quātumcunqꝫ esset vas clausum quādoqꝫ etiā putresceret aut fieret velut abhomiābile ad bibendū ⁊ hec ratio est efficax valde. Et ex alia ratione quādo alij multi prebibissent. Et querit̄ in q̄ vase fieret ꝯsecratio tāti vini. quantū requirit̄ ī pascate ꝓ decē aut viginti milib⁹ ꝑsonarū. Sextū damnū esset in sumptuositate vini saltim apd̄ multas ꝑtes in q̄bus vix inueniat̄ ad celebrādū et alibi chare ꝯpat̄. Esset p̄terea piculū in ꝯgelatōe Esset rursus periculū in false credulitatis inductiōe et hoc multipliciter. Primo ꝙ tanta esset dignitas laycorū circa susceptionez corporis christi sicut et sacerdotū. Secūdo ꝙ hoc facere semper fuit et est necessitatis et ita perierūt omēs et perierūt aliter sencientes facientes aut docētes. Et omēs generaliter taz clerici ꝙ doctores et prelati qui nō possetenus opposuerūt se tali cōsuetudini verbis. scriptis aut sentencijs ⁊ ꝙ sacrā scripturā omnes illi peruerterēt. Tertio ꝙ virtus huius sacramēti nō est principalius in cōsecratione ꝙ in sumptione. Quarto ꝙ ecclesia romana non rite sentit de sacramētis nec in hoc esset imitanda. Quinto ꝙ cōcilia generalia et specialiter constan. errauerunt in fide et bonis moribus. Sexto multipliciter occasio esset seditionū et scismatum in christianitate nostra sicut experiētia nunc manifestat in bohemia que seditio nedū ad spiritualē sed temporalē dissipationē tēdit in tantū vt omēs pro ecclesia romana militātes expulsi. necati et ꝓscripti sunt. Deus aūt ꝓpter suā benignitatē det eis redire ad cor et intelligentiā cū filio prodigo reuertēdo ad matrē videlicz sanctam ecclesiā. Calice deposito dicat sacerdos. Hec quociensciūqꝫ feceritis in memo. facietis adorādo sanguinē christi cū reuerētiali inclinatiōe. cogitans. O mirabilis et innocēs pretiose sanguis miserere nobis peccatorib⁹ amore illius charitatis effusiōis. quā ꝓ nobis de beatissimis vulnerib⁹ effluxisti. Et hoc obserua quociensciūqꝫ discooperies calicē. ¶ Unde ⁊ memo. dn̄e nos. t. ħ. ꝶ.

et ple. t. sanct. eius. cristi fi. t. do. dei. n. tam. b. pas. necnō ab infe. resur. sed et in ce. glo. ascen. of. precla. maies. t. de tuis do. ac. da. Hec oratio extensis legit manibus. Et hec extensio brachiorum significat extensionē brachiorū christi et tocius corporis trib' horis in cruce viuētis in medio duorū latronū et cū sceleratis reputatus est et clauis manuū 7 pedum innitebat totū pondus corporis et sic dilacerebātur et fundebātur foramina manuū et pedum cōtinue. Unde O homo si vidisses eum tam miserabiliter pendētem defecisset anima tua. pre dolore. ¶ Hostiam ✠ puram Hec crux notat christi crucifixi illusionē clamātib' vulgarib'. Vach qui destruis templū et in triduo reedificas ipsum. Et a principibus dicētibus. Si filius dei est descendat nūc de cruce et a militibus offerētibus ei acetum. Ihesus eni pro eisdem orauit patrē suū lacrimis et clamore valido mixtus sanguine in genis eius existēte dicēs. Pater dimitte eis quia nesciūt quid faciūt. Et petas vt eandem pro te ad patrē dirigat sanguinolētis lacrimis.

¶ Hostiā ✠ sanctā. Hec crux significat exprobrationē sibi a latrone sinistro factam quē. increpās alter dixit. Memēto mei dn̄e dum veneris in regnum tuū. Cui christus ait. Hodie mecū eris in paradiso. Nunc latronē aspersit christus sanguine suo de dextra manu fluente et saltante ſm Alexandrū de Halis et sic mūdauit eum. ¶ Hostiam ✠ immaculatā Crux hec significat tormentū compassionis doloris matris cui dixit intime cōpaciēs. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. De quo carmina dicunt.

Uenerat ergo hiesu mater comitata cohorte
Femina laniata comas laniataq3 pallam
Pectora contundens pugnis hanc natus ab alto
Prospiciens: pariterq3 suū superesse iohannem
Talia de hinc matris dimisso nomine fatur
O mulier tibi natus hic est tua cura iohannes
Tu vero spes sola tuam hanc solabere matrem
Nec plures lasso rupit de pectore voces

¶ Panem sanctū ✠ vite eterne Crux hec quarta significat tormē
tum sue derelictiōis a deo patre cū dixit. Heli heli lamazabatani
Hoc est Deus meus de⁹ meus vt quid me dereliquisti. ¶ Et ca
licē ✠ salutis perpetue Hec quinta crux significat quintū verbū
quod hiesus in cruce locutus est et tormentū potatiōis aceti ⁊ fel
lis dum vt presciens potū amarū sibi dandū pecijt dicens. Sitio
At illi dederunt ei acetū cū felle mixtum. De quo carmina.

His actis inscripta hiesus secum omīa voluens

Et quecunqȝ sacri de se dixere prophete

Clamauit gens praua: tue mihi magna salutis

Est sitis: ecce canes raptimqȝ sine ordine currunt

Crudelesqȝ parant succos: et pocula condunt

Jsopus infelix acri miscetur aceto

Atqȝ hiesu apponunt ori: sed tristia postq̄

Pocula sunt primis christi precepta labellis

¶ Supra que propi. ac. sere. multu. respi. digne. et accep. habe.
sicuti accep. habe. dig. es mu. pu. t. iusti. Abel. et sa. pa. tri. no.
Abra. ⁊ quod tibi obtu. sum sacer. tu. mel. sanct. sa. imma. hostiā
Hanc oratiōnē legētes quidā extēsis manibus sup mensam alta
ris sup vtranqȝ partez oblate legūt. q: sacerdos legalis offerens
hircū in sancta sanctorū pro peccatis populorū posita vtraqȝ ma
nu sup caput eius cōfitebatur omīa peccata poupli israhel qui im
precans capiti eius hirci emissarij quē emittit in desertū Leuitici
xvi. Qui portauit iniquitates eoruz. Sic sacerdos in altari ponit
vtrāqȝ manū sup hostiā. Jn signū q̄ ipse sacerdos offerēs cōfite
tur iniquitates omniū et precipue missam audientiū et illorū quo
rū memoriā habuit. Nos vero Cistercienses animarū curā non
habētes extensis manibus in modū crucis stando pseueram⁹. eo
q̄ presens oratio cōtinuatur ad precedentē. Jdeo sic fixi in prece
denti passionis christi memoria perseuerātes sumus istoꝝ memo
riam agendo puta Abel. Abrahe et Melchisedech. Jn quorum

oblationibus hoc sacrũ sacrificiũ est figuratũ. Deo patri hec sancta dona et data deuota mente offeramus. ¶ Supplices te rogamus omni. deus iube hec perfer. p manus. s. angeli. t. in subli. al. tuũ in conspec. diui. maies. t. vt quotquot ex hac altaris participatione. Hic quidã ad dexteram partem altaris faciunt crucem eandem osculãdo quidã vero sine cruce altare osculant per quod osculum figuratur penultimũ verbum quod dixit in cruce. scilicz Consumatum est.

Omnia voce refert iamiã consumpsimus: et hec

¶ Sacrosanctũ filij tui cor ✠ pus. Hic facit crucem sup hostiã consecratã. Et fit in memoriã passionũ quas christus passus est in toto corpore quasi clamãs illud prophete O vos omẽs qui trãsitis per viam attendite z videte. si est dolor meus sicut dolor vester Trenorũ i. ¶ Et sang ✠ uinẽ sumpserim⁹. Hec secũda crux que dicitur super sanguinẽ notat sanguinẽ effusum et corpus torridum relictum. vt dicit beatus Gregorius. Cuius corpus sanctissimũ in ara crucis torridũ. et sic inclinato capite clamãs voce magna et rauca lacrimando protulit septimũ verbũ scilicet Pater in man⁹ tuas cõmendo spiritũ meũ. Et hoc dicẽs exspirauit.

Cum memorat ceruix vltro collapsa recumbit

Spiritus et tepidos linquit feliciter artus

¶ Omni benedictione ✠ celesti gracia repleamur. Per eundem christũ dominũ nostrũ. Jlla est crux que fit super illo verbo benedictione et facit in faciez suam sacerdos notare potest titulũ scriptum super caput hiesu. Hiesus Nazaren⁹ Rex iudeorũ. Hũc tit... triumphalẽ dyabolus maxime perhorrescit. ergo munim⁹ nos eo in facie cõtra dyabolũ. De quo titulo iudei multũ moti ad pilatum dixerunt. Noli scribere rex iudeorum. sed quia ipse dixit Rex sum iudeorum.

Utqz solent mestis tituli superesse sepulchris

Carmine sic vasto signat crucis ara pilatus

Significatqz illa pendere ex arbore christum

Nazareth eductum: tali notat atq̧ tabella
Rex erat iste hiesus iudeum qui manet ista
In cruce: et hunc versum plures legere pilatum
Ultro accusantes: regem hunc inscribere noli
At quia se dixit regem: sed talia reddit
Poncius eterno manet: hoc carmine scriptum

¶ Memento etiã domĩe fa. fa. q̧. t. et eorũ qui. n. preces. cũ signo fi. et dor. in som. pa. Memoria mortuorũ gti. id est parentũ et consanguineorũ. Datiui quorũ stipendijs viuis Accusatiui. i. inimicorũ Uocatiui. id est illorũ pro quibus rogatus es. Ablatiui. id est pro omĩbus fidelibus defunctis. Etiã pro illis qui tibi confessi sunt. ¶ Hic silentiũ fit. Et significat christuz mortuũ in cruce pendentẽ animã vero eius ad limbũ patrum descendentez. Et ergo rogamus vt nũc dignetur descẽdere ad purgatoriũ inde animas liberãdo sicut tũc animas de lymbo liberauit dicẽtes. Ipsis domĩe et omĩbus in christo quiescẽtibus locuz refrigerij. lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundẽ christũ dominũ nostrum. Postea tunde pectus cũ exaltatiõe vocis et suspirio dicendo. Nobis peccatoribꝰ. Et significat q̧ centurio ꝛ iudei plurimi percuciẽtes pectora sua timuerũt valde audiẽtes q̧ hiesus moriens clamauit. et q̧ sol obscuratꝰ sit a sexta hora vsq̧ ad nonã. Et terra mota est ꝛ tremuit. q̧ velum templi scissum est. Petre scisse sũt ex motu fre. Quibꝰ sacerdos se cõformans recognoscit se peccatorẽ dicens. Nobis qui pro alijs intercessimus. cũ tamen magis nos hac indigeamus gracia ad hebreos. v. Quẽadmodũ pro alijs. ita pro se et pro peccatis offerre debet. Et licet omi tpe debeamus ex toto corde nos peccatores recognoscere. precipue tñ in sacrifitio misse cũ in remissionẽ peccatorũ hoc sacrosanctũ celebratur misteriũ cogitando ex ꝓfundo cordis. Heu q̧ anima mea nõ cõpungiť pro peccatis ꝓ quibus necesse fuit lancea vulnerari latus tuũ o hiesu. et violari clauis manꝰ tuas et pedes. Heu q̧ nõ lacrimať amaritudine spiritus meꝰ et cũ tu deꝰ meꝰ pro me potatus fueris amaritudĩe. ¶ Nobis quoq̧ pec. famulis. t. de multi. mise. t. sperã. par. ali. ꝛ socie. dona. dig. cũ tuis. s. apos. ꝛ marti

Johãne Steff. Ma. Barna. Jgnatio et Alexãdro Pe. Fe. Per pe. Aga. Lu. Ag. Cecilia Anas. et cũ omnibus sanctis tuis. Jntra quorũ nos cõsor. nõ esti. meriti. sed venie quẽs. largi. admit. Per xp̃m dominũ nostrũ. Et nõ respondet hic ab homĩe astante Amẽ Nec in toto Canone quia firmiter credit ꝙ ab angelis circũstantibus respondet amen vt dictũ est. Per quẽ hec omĩa semꝑ bona creas. Hec est toci⁹ canonis cõclusio. Et innuit in his octo crucibus Epilogus tocius passiõis domĩ nostri hiesu christi. San✠ctificas. Hec crux notat crucifixionẽ factã hora tercia linguis iudeorũ clamantiũ. Tolle tolle crucifige eum dũ stetit coram pilato et tota cohorte indutus veste purpurea. corona spinea in capite. Viui✠ficas Hec crux significat crucifixionẽ factam hora sexta cũ eleuatus fuit in cruce in eã affixus. Bene✠dicis. Hec tercia crux significat crucifixionẽ hora nona in cruce factã. (Et prestes nobis) Hic flexis genibus. cõiunctis manibus adora eum. Petas licentiã quo audeas euꝫ tangere Et cogita ꝙ Johannes baptista cõtremuit et nõ audebat tangere sanctũ dei verticem. Et depone corporale de calice. Consecrata hostia cum manu dextra eleuata tres cruces super calicem sacerdos facit. Per ip✠sum. Cũ ip✠so. et Jn ip✠so. Et significat ꝙ crucifixio facta sit spatio trium horarum quo vixit in cruce. Jdeo sic sunt tres cruces. Fuit enim christus cõtinue illis tribus horis in maximo cruciatu ⁊ in multa sanguinis effusione sustentatus. clauis manuum et pedum quibus totũ corpus innitebatur. et sic cõtinue dilacerabãtur vulnerum foramina (Est tibi deo patri om✠nipotẽti Jn vni✠tate spũssancti omnis honor et gloria. Jste due vltime cruces signant sanguinem et aquam de corde hiesu transfixo fluentes Cistercienses hic tantum vnam faciunt crucem ante oram ipsius calicis. et idem significat. Et calix interius vltimo tangi solet cum oblata. Et significat apertionem lateris cum lancea. de quo exiuit sanguis et aqua.

Judei interea quoniã sacra festa monebant

Sabbaticusq̱ dies aderat rogauere pilatum

Ut iubeat ferro contundi membra virorum

Ne suspensa die superessent corpora saucto

Turba ruunt primiq; infringunt crura latronis
Atq; vna alterius dum vero cetera lustrant
Vtq; hiesu sanctos non firmet spiritus artus
Ossa illesa sinunt valida: sed feruidus hasta
Miles erat qui dulce hiesu latus hausit apertum
Ex templo tali fluxit de vulnere sanguis
Mixtus aqua: obstupuere omnes: miratus et ipse
Est miles: veniamq; sui petit ille reatus

¶ Et hic trahitur vltima crux ✠ a sumitate calicis quasi vsq; ad pedez eius et reducit iterũ sursum quia anima christi a corpore separata descendit ad limbũ et rediijt. Toto hoc tempore sacerdos stabit inclinato capite instar hiesu in cruce pendentis. ostendẽtis sponse sue cor suũ vocando animã fidelẽ a se auersam per intimũ sui amoris signum.

Dulcis amica veni hiesumq; auersa vocantem
Respice: et ardenti amplectar te pectore charam
Dulcis amor quo sola fugis. nam tuta per altras
Transieris nunq̃ sine me caliginis vmbras
Ille anima. ille tuus. heu nunc cognosce creator
Ille ego sum flagrans in viuo saucius igni
Quem noua flamma tue quẽ cura salutis adurit
Huc celeres. huc flecte gradus. hoc aspice lignum

Quo super infixus ne iam damnata subires

Crudeles penas ego te miseranda redemi

Expecto: ac nimium dilecto accensus amore

Brachia aperta dedi frontemq; ad oscula flexi

¶ Per omnia secula seculorū. Dicitur alta voce In signū q̄ hic est finis canonis. Et eleuatur corpus christi parū cū calice vsq; post dictū oremus. Et significat extractionē crucis de lapide cū corpore ihesu per Nicodemū et Joseph factā Et reponit christi corpus super corporale sindone munda. Et in tali eleuatione hoc diuinissimū corpus flexis genub9 a sacerdote debet adorari. quia mater sua Maria corpus eius de cruce depositum adorauit.

¶ Preceptis salutorib9 moniti et diuina institutiōe formati audemus dicere. Pater noster ꝛc̄. Chorus respōdet. Sed libera nos a malo. Et cantat vel legitur expressa et alta voce quia aīa christi adueniente ad limbū patrū cum magno iubilo sancti patres ipaz susceperūt. In festo subdyaconus representat dyacono discoopertam patenā sc̄m Cistercienses cū sacerdos dixerit. Panem nostrū quottidianū osculando ei manū. Dyaconus post. Sed libera nos a malo. etiā osculās sacerdoti manū dextrā quia patres in limbo osculati sunt christi dextrā cum dixerūt. Aduenisti desiderabilis quē expectabam9 in tenebris vt ꝛc̄. ¶ Libera nos. q. d. ab oībus ma. prete. presen. et futu. et interce. p no. bea. et glo. sem. vir. dei geni. Ma. et cuz. b. apos. tuis Pe. et Pau. atq; and. cū om. s. In ista oratiōe varij varias obseruāt ꝯsuetudines. Illa oratio primo debet dici ab omibus sub silentio quia discipuli christi omēs siluerūt mortuo christo Nec audebāt publice loqui aut cōfiteri christum Sed nōnulli infra hanc patenā eleuāt q2 aīa christi vt dictū est descēdit ad inferos prēs ibi illuminās et spoliās principat9 et potestates trāsduxit cōfidenter illos in semetipso palā triūphās Et in signū victorie et triumphi eleuat et tenet sic patenā. Itaq; sacerdos in eadē oratione petit vt nos etiam liberet ab omi malo

¶ Da ꝓpicius pacem in dieb9 nostris quādo dicit. Tunc sacercerdos sc̄m aliquos osculat patenā q2 recōciliauit sanctos in limbo ꝛ nos omēs. Colocens. i. Recōciliauit nos in corpore carnis eius p mortē Subiungēs vero. ¶ Vt opere misericordie tue adiuti et a peccato suo. semp li. et ab omi perturbatiōe securi Hic quidā crucem signant in faciē suaz quia christus recōciliauit nos

deo patri per crucem suā. et per crucē deuicit infernū. De hinc sacerdos de ore calicis coopertoriū remouet q2 Joseph et Nicodemus ad sepeliendū corpus christi lapidē ab hostio monumenti deuoluerūt. Et adorabit eum tremulus anteq̄ ipm eleuat et portat ad calicē corpus iesu tanq̄ ad sepulchrū dicendo. Per dominū n. i. c. fi. t. qui te. vi. et reg. in vni. s. s. dc. Frangat corpus dñi sup calicē in tres partes quarū vna offertur in laudē christi corporis quod est in celo et gloria. Altera offertur ꝓ illis qui sunt in miseria. Et quia miseria est illorū qui sunt in purgatorio et illorū qui sunt in hoc mūdo predestinati. Et ideo diuisa hostia primo i duas partes. Alia medietas subdiuiditur cū dicit in vnitate. s. s. deus dicendo. Per oīa secula seculorū. Hoc sacerdos alta voce dicere debet parū ſm quosdā calicē eleuando. quia christ⁹ regressus est ab inferis cū spolio et triūpho ⁊ pompa nobili. ¶ Dicto ꝑ omia secula seculorū faciat ad Pax ✠ domini intra calicē vnā crucem. Aliā ad Sit ✠ semper. Terciā ad Vo✠biscū scilicet parti corporis christi mistici. hoc est fidelibus significate per partē immergēdam. sub tribulationib⁹ presentis vite agonisanti. petit sacerdos pacē pectoris in presenti vita per graciā. et pacē eternitatis in futuro per gloriā. Et ille tres significāt q̄ christi corpus tribus diebus fuit in sepulchro et anima in limbo patrum.

¶ Sequitur vltima pars sacre misse.

Hinc sequit̄ vltima pars sacre misse christi resurrectionē representās Nam post hoc immittit illā partem corporis christi in calicem dicēdo. Fiat hec cōmix. cor. et sang. d. n. hie. cris. om. no. fu. salus men. et cor. in vi. eter. Amen Significās vnionē carnis et saguinis cū anima christi in sepulchro cū resurrexit. In triduo enī mortis christi anima fuit separata a corpore et saguine et saguis a corpore. In resurrectione vero illorum triū vnio fuit facta. Et quia christus post resurrectionē suā dixit discipulis. Quorū remiseritis peccata remittūtur eis. Corpus christi misticū in presenti seculo inter inimicos militans ꝓ remissione peccatorū supplicat pacemq̄ rogādo quam christus discipulis suis dedit post resurrectionē suā dicit. ¶ Agnus dei qui tollis peccata mūdi miserere nobis. Et dona nobis pacem. In ista vltima parte religiosi et sacerdotes seculares quantū ad orationes atq̄ cerimonialia inter se sunt multū diuersi Nihilomin⁹ tamen facta eorū idem reꝑsētāt Religiosi quidā dicto Agn⁹ dei. si missa solennis fuerit ministro pacē conferūt. Si priuata nō cōmunicanti eandē dare ob

mittunt et mox corpore christi in calicē misso anteq̄ accipiāt corpus et sanguinē christi illā orationē. Domine hiesu christe fili dei vivi rē. orare incipiūt. qua cōpleta. cū reverentia suscipit corpus et sanguis christi. Sacerdotes vero seculares. Rogātes ex institutione summorū pontificū pro pace ecclesie inclinādo dicūt post corporis et sanguinis cōmixtionē et agnus dei cōpletionē. Dn̄e hiesu christe qui dix. apos. t. Pacē meā do vobis rē. Postea osculando altare et crucē in libro dicūt. Pax christi et ecclesia dei habūdet in cordib⁹ nostris. In signū q̄ christ⁹ dedit discipulis suis pacē dicens. Pax vobis. hec cū dixisset ostendit eis man⁹ et lat⁹. In hoc signū sacerdotes cācellatis manib⁹ vertūt se ad ministrū ostendētes ei manus osculando ymaginē sibi a ministro presentatam Et dicētes. Pax tecū Habetote vinculū pacis et caritatis vt aptus sis sacris misterijs christi. Significat q̄ christus iterū dixit eis. Pax vobis rē. Et cū hoc dixisset insufflauit et ait discipulis. Accipite spiritūsanctū. q₂ spūaliter omēs presentes in gracia cōmunicāt corde. Et sic sacerdos dat ministro pacis et caritatis vinculū et per eū omibus qui intersunt misse Anteq̄ cōmunicāt quilibet sacerdos secularis dicit hanc orationē inclinato corpore. Domie hiesu christe fili dei vivi qui ex volūtate rē. Quidā post fractionē corporis christi vel hostie ꝯsecrate vt diximus vnā partē in sanguinē tingūt. Alij vero omino imponūt et reliquas super patenā. Alij vero vnam partē more aliorū in calicē ponūt reliquas duas in manib⁹ sunt tenētes Et sic inclinato corpole legāt predictā orationē veluti Cistercienses nisi ministri essent cōmunicaturi tunc vnā partē pro ministris ad patenā ponunt reliquas ꝓ se manu obseruāt. Oratiōe iam dicta statim sumūt corp⁹ christi cū calice. corpus tamē dn̄i super calicē percipiēdo deinde sanguinē. quo facto sacerdos cōmunicat mīstros. Et quia ſc̄m apostolū i. Chorin. xi. Quociensc̄ūq₃ mādūcabimus panē hunc. et calicem dn̄i bibem⁹ mortē domini anūciabimus donec veniet. Ideo habēda est memoria passiōis ₇ mortis christi añ corporis et sanguinis eiusdē susceptionē celeriter et cū omī deuotiōe. corde contrito et reuerēter vitādo cordis distractionē et mētis euagationē ne perdūt deuotionē irruētes cogitationes. Cogita. n. quid tu ipe sis et quātus ille quē acceptur⁹ es q̄ etiā ꝓ tuis peccatis ex nimio amore tuo opprobrijssimā sustinuit mortē et sanguine suo ꝓciosissimo te moriēs in patibulo redemit ₇ quottidie te eodē sanguine potat et corpore nutrit. Quid amplius debuit facere et nō fecit. Hanc vltimā sui memoriā nobis relinquit q̄si nesciēs se a nobis separe

sed seipm inseparabiliter sub spetieb⁹ panis et vini quasi pignus re linquēs vt quociēs inspexeris amoris sui immensi recorderis Et si illud pignus pfecte inspexeris absqꝫ fletu et magno desiderio ⁊ suspirio offerre et accipere nō potes. ¶ Nunc sacerdotes sumē tes corpus dñi in manū dicunt. Panem celestem ⁊c. Domine nō sum dignus ⁊c. et alias orationes post canonē descriptas. Itaqꝫ de sanguine faciūt. Quid retribuā dño ⁊c. Calicem salutaris ⁊c. Sanguis dñi nostri hiesu christi qđ ore sumpsim⁹ ⁊c. Has vtiqꝫ cū omni reuerētia legere debēt. cū ingenti gratiarū actione.

¶ Communio.

¶ Cōmunio significat gaudium ⁊ gratiarū actiōꝫ de cōmunione corporis et sanguinis hiesu. Iuxta illud pphete. In voce exulta tionis et confessionis sonus epulātis. Cōplende leguntur extensis manibus ꝫm Innocentiū Et significāt benedictionē quā rogat fi eri a deo in cōplendis siue orationib⁹ presbiter. sicut christus ascē surus in celū eleuatis manib⁹ benedixit eis Luce vltimo. Cumqꝫ vero cremati essent adipes in altari extendēs sacerdos legis anti que manū ad populū benedixit eis Leuitici. ix. Sic etiam sacer dos euāgelicus hostia oblata et cōcremata et deo patri missa be nedicit populo. In festis tamē dyaconus cantat Ite missa est. Et representat illud canticū angelorū scꝫ Viri galilei qđ statis aspi cientes in celū ⁊c. Luce vltimo. Benedictio tamē fit a sacerdote sup populū per signū crucis. Chorus vero cōgratulādo respon det Deo gratias. Imitando apostolos qui adorātes eum regressi sunt in hierusalē cū gaudio magno. Ex hoc apparet ꝙ missa inter oīa est opus pfectissimū quia figurarū circularis (vt inquit phūs) perfectissima sine principio et fine. Quia missa per moduꝫ circuli christi vitā describit. puta exitum a patre et reuersionē per viam ascensionis ad patrē quare missa perfectū opus ⁊ diuinissimū esse cōprobaē. Et tantū de sacratissima missa. ¶ Post finē misse non sine causa omēs libri autētici innuūt atqꝫ legi significāt ex intima deuotiōe hymnū trium puerorū q₂ sacerdotes instar puerorū iam existētes ex sumptiōe sacramēti in camino ignis summe deuotio nis purgati. et vt alter simeon postꝗ̄ accepit puerū hiesum in vl nas cordis sui ex intimis suspirijs cātāt cāticū simeonis Nūc di mittis seruū tuū dñe ⁊c. De quo noster suauissim⁹ Bern. Sacer dotes dei benedicite dño digna deo satagētes ne vobis fiat in rui nam quod digne sumentib⁹ prouisum est in medelā. Sacerdotes dei nō immerito vos dixerim si vixeritis sacerdotaliter in domo dñi. Non eni prouenit dignitas in hoc nomie quod est sacerdos

Non inquā ex nomīe sed ex virtute. cōuersatione nō offitio. merito nō vocabulo. sanctitate nō misterio. Unde scriptura dicit Sacerdotales viros querimus. qui plures habemꝰ sacerdotes. Plures inquā numero. nō merito. simulatione. nō fide. specie non virtute. cōmixtione corporali nō vinculo spirituali. carnis adiunctione nō cordis vnitate. Sunt enī lotis manibꝰ. tamē in lotis operibus. cruenta cōscientia ad diuina accedunt sacrificia. comedūt sine timore et sine reuerētia carnes agni qui presidet in celo. sicut carnes que vendūtur in foro. Non sicut sacerdotes assistunt in altario sed sicut carnifices in macello. Graue igitur pondus graue est periculū istius honoris. Gradus quippe iste. gradus casualis et gradus iuditialis est. nisi meritis illustretur dignitas vnctionis. nobilitate morum. exercitatione virtutū. et instantia bonorū operum. Fodite igitur. C. F. omēs in christo. fodite domesticos parietes. id est ponite corda vestra super vias vestras. Satagite quantū potestis redimere cito in quibus offendistis. Dies enim domini sicut fur ita veniet. Sicut enī nihil cercius morte. ita hora mortis nihil incercius Satagite igitur quod vt dignum est sacre misse tam opera ꝙ cum signis signata et eiusdez cerimonialia christi passionē deuotissime figurātia et ad pensandum inuigilate. deo profecto erit ad gloriā. angelis ad letitiā. cunctis hominibus odor ad vitam. Uobis omibus ad spiritus et mentis suauitatez huius cibi dignissimi dignam perceptionē et tandē in patrie coronam perpetuā. In quo christus et christos suos exaudire dignet ministrando auxilium gracie sue. Qui viuit et regnat per omnia secula seculorum Amen.

¶ Tractatulus de Expositione misteriorum misse christi passionem figurantiū. Et de modo celebrādi finit foeliciter. Impressus Anno ꝛc. nonagesimo quarto Lyptzk per Conradum kachelouen. Omnibus summe necessarius.

¶ Carmen werdee de vita diui onuffrij.

Duriciam vite quā sanctus onuffrius egit
Monstrabit lector leta legenda tibi
Attamen in summa nunc descripturus eandem
Carminibus paucis hanc reserare volo
Diuus homo pensans quia sit moriturus. et ergo
Cogitat ethereas scandere posse vias
Mundi diuicias contempsit et eius honores
Curauit semper viuere lege dei
Sed quia cognouit quod vix saluabitur equus
Huic voluit mundo mortuus esse fero
Contemptis rebus maternis atq̃ʒ paternis
Hunc orbem fugiens claustra subire parat
Inq̃ʒ monasteriū transiuerat hermopolense
Liber vt eterno seruiat ipse deo
Vt quoq̃ʒ condiscat vite precepta beate
Cogitat et tandem de meliore statu
Ingrediens igitur heremū contriuit ibidem
Annos etatis septuaginta sue

Vixit in hoc heremo mortali incognitus omni
Et solis brutis cognitus ipse fuit
Frondibus ac folijs illic est vsus et herbis
Illa quidem lectus heecq fuere cibus
Radices nemoris fuerant cibus aptus et herbe
Atq loco potus pura dabatur aqua
Substrauit capiti lapidem causa requiei
Et toto duram corpore pressit humū
Actibus orandi ieiunandi speculandi
Creditur eterno complacuisse deo
Illi perpetuos persoluit laudis honores
Nocte dieq pio pectore adhesit ei
Longius vt nouit se iam non viuere posse
Dicitur angelicum perpetijsse cibum
Corpore perceptis necnō et saguine christi
Presulis e manibus. talia verba refert
Tu pater omipotens hominū plasmator et autor
Parcere peccatis nūc velis(oro)meis
Dignerisq tui famuli exaudire precatus

Inqȝ manus redeat spiritus ille tuas

His ita completis emisit corporis vmbram

Angelicus cetus hanc super astra tulit

Illic eterno quod cōregnet dominanti

Cui nos post mortem consociemur Amen

Finit foeliciter

Te werdea rogat presentis carminis autor
Quod sua sit meritis prospera vita tuis
Atqȝ rogat pariter requies eterna polorum
Quod tribuatur ei tempore mortis Amen
Onuffrij sancte vite meritum.
Isti ditantur donis qui me venerantur
Nunq̄ dampnātur neqȝ hostes eis dominātur

Sillaba communis [illegible] per quam positiuam

Et natura sua producit mos ꝑlat et rep

Huius accentus est accentus enim regit illa

Tempus et accentus non est per predicta notatur

Sed duo sunt alia satis ex dictis manifesta

Tempus et accentus post debent notificari

Sillaba longa longa breuis est communis

Ergo de breuibus et de longis sibi nominatis sacre di

Primo pone communiter rite prosodieque

Illa longatur in qua ceu diptongum habetur

Prae sed aut uitabit sic se docent zeu plurabit

Consona uocalis precedens bina uel vnum

Duplex composita dictis uel immediate

330 331
332 333
334 335
336 337
338